DE DIALECTO THEOCRITEA

PARS I.

DISSERTATIO PHILOLOGICA

QVAM

AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AVCTORITATE AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS

IN ALMA LITERARVM VNIVERSITATE

FRIDERICIA GVILELMIA RHENANA

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

ET VNA CVM SENTENTIIS CONTROVERSIS

PVBLICE DEFENDET

DIE XI. MENS. FEBRVARII A. MDCCCLXXIV

LAVRENTIVS MORSBACH

RHENANVS.

ADVERSARIORVM PARTES SVSCIPIENT:

AVGVSTVS FRESENIVS, STVD. PHIL.
CHRISTIANVS BAIER, SEMIN. PHIL. SENIOR.
GVILELMVS LAVFENBERG, CAND. HIST.

BONNAE

FORMIS CAROLI GEORGI.

[1874]

PATRI CARISSIMO

S.

Praefatio.

De dialecto Theocritea quaestionem qui instituit a dubiis ante omnia incertisque carminibus seiungat genuina necesse est. Cuius rei duae extant causae gravissimae: nam primum maxime cavendum est temere ne ea quae Theocriti idiomati propria sunt commisceantur alienis; deinde quod dialecti legibus indagatis carminum vere Theocriteorum simul qua incerta metiamur idyllia regula data est. Atque horum in numero habentur idd. XIX—XXVII quae num recte poetae nostro abiudicentur nihil hic interest. Genuinis autem adnumeranda sunt idd. I—XVIII. XXVIII. XXIX. XXX (epigrammata et fragm. *ἐκ τῆς Βερενίκης* non curo). Nullo enim omnino iure idd. VIII et IX nonnulli spuria esse iudicaverunt. cf. quae contra hos disputavit Buechelerus in Jahnii ann. Vol. 81. 1860. p. 336—357.

Sed est aliud etiam in quaestione hac instituenda minime neglegendum. Satis enim superque constat Theocriti carmina et argumento et dialecto valde inter se differre. Quorum principem locum obtinent idyllia bucolica (1. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11) et mimica (2. 14. 15), quae dialecto atque rebus [1]) quae describuntur ut a ceteris diversissima sunt ita maxime inter se consentiunt [2]). Relicua autem et ipsa inter se dissimillima sunt. Quorum duo: *Χάριτες ἢ Ἱέρων* et *ἐγκώμιον εἰς Πτολεμαῖον* ambitus paullo amplioris maiorem

1) Hoc scilicet vinculo comprehenduntur, quod in his carminibus hominum qui humili loco nati sunt vita condicionesque narrantur.

2) Propter dialectum volgo appellantur idyll. *δωρικώτερα*.

dialecti licentiam exhibent multis ionicis epicisque formis doridi admixtis. Quibus a carminibus, si dialectum spectas, proxime abest id. XIII quo Hylae sortem poeta narrat infelicem. Deinde nominandum est id. XVIII *Ἑλένης ἐπιθαλάμιος* dialecto conscriptum bucolicis et mimicis simillima atque carmen eroticum XII cuius de dialecto infra dicetur. Denique tria extant idyllia (28. 29. 30) dialectum quae tenent aeolicam.

Incertorum autem carminum duo (XX *Βουκολίσκος* et XXVII *Ὀαριστύς*) sunt bucolica, unum (XXI *Ἁλιεῖς*) in numerum mimicorum referendum, quae ad normam Theocriti idylliorum bucolicorum et mimicorum iudicanda sunt. Deinde hymnus extat in Dioscuros (XXII) et carmen XXVI *Λῆναι ἢ Βάκχαι* hymno simillimum, quae cum Theocriteis idd. XVI et XVII comparare licet. Praeterea commemorentur epica idd. XXIV *Ἡρακλίσκος* et XXV *Ἡρακλῆς Λεοντοφόνος*; denique id. XXIII *Ἐραστής* atque XIX *Κηριοκλέπτης* Theocrito ab omnibus hodie quantum scio abrogatum.

Sequitur autem ex eis quae dixi hanc quaestionem de dialecto Theocritea ita instituendam esse; ut disseramus.

I de carminibus genuinis:
- a) de idylliis bucolicis et mimicis 1. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 2. 14. 15.
- b) de idd. 16. 17. 13.
- c) de id. 18.

II de carminibus incertis:
- a) de idylliis bucolicis et mimicis 20. 27. 21.
- b) de idd. 22. 26.
- c) de id. 23 atque de id. 24.

Carmina 12 et 25 epica dialecto conscripta non pertractabo, aeolica alio tempore in disceptationem vocabo.

Sed restat ut veniam a viris doctis petam, quod operis suscepti pars tantum exigua hodie proponitur. Summa tamen ope atque opera nitar, ut brevi temporis spatio intermisso omnium desideriis satisfaciam.

Caput I.

Praemittenda.

§ 1.

de testimoniis [1]) dialecti Theocriteae.

Locus maxime memorabilis de dialecto Theocritea qui paullo accuratius praecipit in prolegomenis legitur quae poetae idylliis a veteribus praemissa sunt commentatoribus:

A. Δωρίδι καὶ Ἰάδι διαλέκτῳ κέχρηται ὁ Θεόκριτος, μάλιστα δὲ ἀνειμένῃ καὶ χθαμαλῇ Δωρίδι παρὰ τοῦ Ἐπιχάρμου καὶ Σώφρονος· οὐ μὴν δὲ ἀπολιμπάνεται καὶ Αἰολίδος.

B. Ἄλλως. Ἰστέον ὅτι ὁ Θεόκριτος Δωρίδι διαλέκτῳ κέχρηται τῇ νέᾳ· δύο γάρ εἰσι, παλαιὰ καὶ νέα· καὶ ἡ μὲν παλαιὰ τραχεῖά τίς ἐστι καὶ ὑπέρογκος καὶ οὐκ εὐνόητος· ἡ δὲ νέα, ᾗ καὶ Θεόκριτος κέχρηται, μαλθακωτέρα καὶ εὐκολωτέρα [2]). cf. Ahrens. bucc. gr. rell. II p. 8. Ziegler. scholl.

---

1) Ea tantum curavi quae ad idyllia bucolica et mimica pertinent.

2) Secuntur haec in editione Ahrens. C. *Κέχρηται δὲ Ἰάδι διαλέκτῳ καὶ Δωρίδι τῇ νέᾳ· δύο γάρ εἰσι, παλαιὰ καὶ νέα· καὶ ἡ μὲν παλαιὰ τραχεῖά τίς ἐστι καὶ ὑπέρογκος καὶ οὐκ εὐνόητος· ἡ δὲ νέα ᾗ καὶ Θεόκριτος χρῆται, μαλθακωτέρα παρὰ τοῦ Ἐπιχάρμου καὶ Σώφρονος· οὐ μὴν δὲ ἀπολιμπάνεται καὶ Αἰολίδος* (in libris: Z. Tol. Alda. Iunt.) quae ex antecedentibus duobus praeceptis male consarcinata esse verissime Ahr. dixit in adn. scholl. p. 546. Neque quae sub litera D ap. Ahr. de dial. dor. leguntur adnotationes ullius pretii sunt; recte enim ad Maximum Planudem referuntur. cf. Ahr. adn. p. 8. h. l.

cod. Ambr. 222. p. 4 (ubi prior tantum extat adnotatio et verba *καὶ χθαμαλῇ* omissa sunt). Haec verba multis obstructa sunt difficultatibus. Nam primum quaeritur, utrum ad omnia pertineant Theocriti carmina, an ad ea sola quae dicuntur bucolica. Hoc si verum est aperte significant poetam in carminibus bucolicis pangendis dorica maxime usum esse dialecto, rarius autem ionica et aeolica. Illud si verum est clarissime testantur poetam pleraque carmina doride, alia vero pauciora dialecto ionica scripsisse aut aeolica. Sed omnia quae in prolegomenis dicuntur cum solam spectent poesin bucolicam, verba illa ad carmina bucolica et fortasse etiam mimica referenda esse existimo. Quo accedit quod in libro optimo k verba: *Δωρίδι δὲ . . . . . καὶ Αἰολίδος* leguntur post id. I hypothesin. cf. Ziegler. scholl. cod. Ambr. 222. p. 4. Sed maiorem etiam scrupulum verba illa movent conclamata: *παρὰ τοῦ Ἐπιχάρμου καὶ Σώφρονος* quibus dialectum Theocriti doricam non differre a doride Epicharmi et Sophronis docet grammaticus. Quae utrum recte sint dicta vel aliter explicanda, an corruptela cum viris doctis nonnullis statuenda sit, nisi tota de dialecto Theocritea quaestione absoluta diiudicari non potest. Neque quo iure alter grammaticus poetam recentiore doride carmina conscripsisse dixerit huius loci est demonstrare.

Cetera quae de dialecto Theocritea extant testimonia sola spectant carmina bucolica eaque generatim dorice scripta esse memorant. Ita Probus prooem. Verg. buc. p. 348 Lion. „Bucolica Theocritus facilius videtur fecisse, quoniam Graecus sermo sic videtur divisus, ut Doris dialectus qua ille scripsit rustica habeatur.“ Suidas: *Θεόκριτος Χῖος — ἔστι δὲ καὶ ἕτερος Θεόκριτος, Πραξαγόρου καὶ Φιλίννης, οἱ δὲ Σιμμίχου. Συρακούσιος, οἱ δὲ φασὶ Κῷον, μετῴκησε δὲ ἐν Συρακούσαις. οὗτος ἔγραψε τὰ καλούμενα βουκολικὰ ἔπη δωρίδι διαλέκτῳ* etc. Gregorius Corinthius ed. Schaefer. p. 6: *Αὐτοὶ τοίνυν Ἀττικῆς μὲν φράσεως κανόνα τὸν κωμικὸν Ἀριστοφάνην προθέμενοι . . . . Δωρίδος δὲ τὸν Ταραντῖνον Ἀρχύταν καὶ Θεόκριτον τὸν τὰ βουκολικὰ συγγραψάμενον* et p. 11.

Δωρὶς ἀπὸ Δώρου τοῦ Ἕλληνος, ᾗ ἔγραψε Θεόκριτος. itemque Theocritum dialecto dorica scripsisse refert Ioannes Grammaticus in ed. Aldina f. 236 b. supra., Grammaticus Leidensis p. 628 et Meermannianus p. 643 ap. Schaeferum l. c.

Denique haud raro in libris manu scriptis (etiam in optimis) adnotatio *δωρίδι* vel *δωρίδι διαλέκτῳ* carminis inscriptioni adiecta est. quode cf. editiones Ahrensii et Ziegleri.

§ 2.

de libris manu scriptis.

Nullus fere nobis scriptor libris tam depravatis et vitiorum cuiusque generis plenis ex antiquitate traditus est quam Theocritus. Horum enim librorum ne optimi quidem e fonte fluxerunt satis limpido et integro, immo ad apographa referendi sunt quae cum alia vitia permulta tum dialectum iam foedissime corruptam praebebant. Quae res non potest luculentiore demonstrari exemplo quam idyllio duodecimo in quo libri vel optimi formis doricis iniuria illatis multum abundant. Sed apertissime testatur Eratosthenis [1]) quae nomen fert hypothesis (cf. Ahr. bucc. II p. 23) ionica hoc carmen conscriptum esse dialecto idemque librorum adnotationes confirmant: *τῇ κοινῇ Ἰάδι.* k. 3. 4. D[5]. Iunt. *ἰάδι διαλέκτῳ* s. 16. cf. editt. Ahr. et Ziegl. Neque spernenda nobis sunt testimonia Athenaei (II, 50. A.): *ὅσον μῆλον βραβίλοιο ἥδιον.* Iuliani (ep. ad. Lib. p. 374 ed. Spanh.): *ὁ Σικελιώτης ποιητὴς ἐν ἤματι φάσκων τοὺς ποθοῦντας γηράσκειν.* Simplicii (ad Aristot. Phys. Ausc. fol. 167. A. Ald.) *οἱ δὲ ποθοῦντες ἐν ἤματι γηράσκουσιν.* Theodori Hyrtaceni (notices et extraits des manuscr. de la bibl. nat. VI. p. 11) *οἱ φιλεῦντες* [2]) *ἐν*

---

1) De hoc Eratosthene quem ceteras quoque hypotheses scripsisse Ahrens. bene suspicatur cf. Ahr. bucc. II p. XXXIII. sq.

2) Non verisimile est Theodorum (qui exeunte saec. XIII et ineunte XIV vixit) *φιλεῦντες* in libro suo legisse: videtur potius locum ita scripsisse ut memoria tenebat.

ἤματι γηράσκουσι. Θεοκρίτειόν ἐστι γνωμάτευμα: qui auctores hoc carmen dialecto ionica scriptum olim et lectum fuisse optime comprobant. Apud Eustathium [1]) vero primum doridem in hoc idyllion irrepsisse videmus qui versum laudat: *οἱ ποθοῦντες ἐν ἅματι γηράσκουσι.* 1867, 57 et *ὁ δὲ εἰπὼν τοὺς ποθοῦντας ἐν ἄματι γηράσκειν.* 1679, 20.

Sed dialectum carminum bucolicorum et mimicorum (nam de his solis agitur) inspicientes talem qualem traditam habemus duo maxime vitiorum genera extare videmus. Nam primum haud raro factum est, ut permultas librarii vel potius grammatici in textum inferrent formas doricas, cum volgares aut invenirent aut invenire sibi viderentur. Quo accedit quod hyperdorismos saepe interpolabant utpote dialectum doricam parum edocti. Etenim Theocritus quoniam in bucolicis saltem, ut testimonia quoque docent, scriptor habebatur doricus, quae notio apud Byzantinos tam late patebat, ut in canonem [2]) ille auctorum reciperetur vere doricorum, profecto non mirabimur tot dorismos in libros irrepere potuisse (velut *μῶσα. βωκολικός* etc.) quos accurata dialecti adhibita investigatione a Theocrito alienissimos esse facile apparebit.

Deinde alterum vitiorum genus in libris conspicitur arti criticae priore non minus perniciosum. Librariorum enim incuria et neglegentia in dies magis formae vel atticae dialecti vel epicae quippe quae multo illis essent usitatiores cum doricis permutatae sunt. Quae res nec per se quidquam habet mirabile et plurimis postea exemplis confirmabitur.

---

1) Apparet illo tempore Byzantinos, qua dialecto (bucolicis carminibus et mimicis exceptis) Theocriti idyllia scripta essent, admodum dubitasse. Quam rem praeter Eustathium et libros manu scriptos qui saeculum XIII non excedunt verba quoque patefaciunt in libro k idyllio 29 praemissa: *Παιδικὰ Δωριστί· οἱ δὲ Αἰολιστί.* cf. Ziegl. scholl. cod. Ambr. 222. p. 97.

2) Cf. Gregorium Cor. l. c. qui certo non primus hunc canonem constituit.

Talis cum sit librorum condicio, non est hercle facillimum diiudicatu quanam ubique dialecto poetam usum esse putemus. Qua in re persequenda duplicem editores viam ingressi sunt. Namque alii olim cum ubique doridem restituerent, siquidem per metrum licebat, in idem prorsus atque Byzantini antea vitium delapsi sunt. Alii vero (imprimis qui nunc sunt viri docti) cum auctoritatem singulorum librorum scrupulosius sequerentur multosque librariorum errores subtilius defenderent, ne omnia poetae tribuerent libidini, dialectum excogitaverunt Proteo simillimam. Quamquam unum excipio Ahrensium qui vir de poetis bucolicis optime meritus in editione priore an. 1855 et altera an. 1869 in lucem emissa haud levem dialecto quoque curam adhibuit textumque hac ex parte ceteris multo praebuit emendatiorem.

Sed in re tam lubrica ad certum aliquem ut finem perveniamus, etiam certo nitamur fundamento necesse est. Itaque ante omnia libri optimi quid uno quoque loco teneant quaerendum est. Quorum in numero recte habentur Ambrosianus nr. 222 (k) bombyc. saec. XIII; Mediceus nr. 37 (p) bombyc. saec. XIV; Vaticanus nr. 915 (m) bombyc. saec. XIII: quorum duo priores idyllia bucolica et mimica exhibent integra, tertius haec: II, 5 — III, 6. V, 59 — XIII, 68. XV, 71 — XVI etc. quare in illis partibus quae in Vat. 915 desunt eius loco Vat. 42 Zieglerum secutus adhibui. (cf. Ziegl. ed. II. 1867. p. VIII). Libros vero k. p. m. non ex uno eodemque archetypo derivari posse et ordo carminum docet et loci permulti quorum unum afferam: id. 6, 41 qui versus ex id. 10, 16 pessime huc translatus in p legitur, verum abest a k et in m post v. 42 locum habet.

Hos igitur libros a Zieglero diligentissime collatos (cf. eius edit. II. praef.) solos in censum vocavi ubi de universis formarum generibus agebatur ea usus ratione et consilio, ut primum numeris indicando quae quisque codex teneret, deinde singulorum numeros inter se comparando aperte ostenderem quid libri haberent commune quantoque alter distaret ab altero. Ubi vero de singulis formis atque rarioribus sententia

ferri debebat, saepe omnium librorum adieci lectionem non tam iudicium ea re firmius futurum esse sperans quam peiores libri qua fide digni sint ostensurus.

Denique non solum scholia [1]) quorum primum locum obtinent Ambrosiana [2]) consului, sed etiam quaecumque a veteribus scriptoribus vel a grammaticis commemorantur quae editores et imprimis Ahrensius (in edit. Theocr. I.) diligentissime collegerunt.

§ 3.

de unius cuiusque carminis atque loci indole.

Dialecto num idyllia bucolica et mimica [3]) vel ipsa bucolica inter se differant, is demum explanare poterit qui libros manu scriptos quae teneant diligentissime perquisiverit et acerrime iudicaverit. Neque aliter de singulis carminum locis statuendum est. Nam nisi omni materia in unum congesta et comparata certam non habebimus stabilemque de dialecto unius cuiusque loci sententiam. Summopere enim verendum est ne Theocrito imputemus quae a nostro ingenio, non a poeta originem ducant. In hunc errorem viri docti cum saepissime inciderint aperta librorum menda non modo non tollendo sed etiam summa animi contentione defendendo, ab hoc artis criticae genere, quantum fieri potuit, prorsus abstinui. Nam Bergkium [4]) quamquam rectissime

---

1) Edita ab Ahrensio bucc. gr. Vol. II.

2) Edita a Zieglero: Codicis Ambrosiani 222 scholia in Theocritum. Tubingae 1867.

3) Dialecti aliquod discrimen interesse inter carmina bucolica et mimica statuit Zieglerus in philologorum consessu Ulm. habito ann. 1842 (p. 40).

4) In Museo Rhenano Vol. VI. 1838. p. 24: »Erraverit tamen qui existimet poetam ubique in his bucolicis carminibus eodem tenore sermonis usum esse: nam agrestiorem illum sermonem tum potissimum usurpat, cum ipsos pastores inter se colloquentes inducit:

monuisse puto poetam in carminibus bucolicis non eodem ubique sermonis tenore usum esse, tamen hoc ipsum quibus legibus circumscriptum sit cum maxime quaeritur. Quam ob causam omnia quae huc pertinent in fine totius quaestionis accuratissime tractabo. Tum denique apparebit qualem in variis dialectorum formis eligendis vim habeant idylliorum aut argumenta aut personae aut ipse rerum locus quae aguntur.

Caput II.

de *α* longa atque *η* vocali.

§ 4.

de *α* vocali longa.

Vocalem *α* primitivam ab Ionibus Atticisque saepissime in *η* mutatam omnes Dorienses una cum Aeolibus in multis formis vocabulisque ad recentissima usque tempora magno servaverunt consensu. Quare illam apud Theocritum haud raro legi certe non est quod mireris. Constantiam vero in libris manu scriptis invenies nullam. Nam atticae non solum et ionicae formae promiscue in uno eodemque versu saepe doricas subsecuntur, sed *α* etiam plus semel legitur ubi ne Dorienses quidem *α* pronuntiabant. De hac autem re quid iudicandum sit facillime intellegetur omni materia in unum congesta. Quare singula enumeremus.

Atque *α* vocalem postulant

a) numerus singularis I declinationis. cuius *α* vocalem genuinam esse docent dualis, pluralis, linguae latinae comparatio.

Libri meliores [1]) vel omnes apud Theocr. circiter qua-

---

verum ubi illos fingit carmina quaedam canere aut ubi descriptio rei longior aliave narratio inseritur carmini, ibi politior est oratio elegantiorque ornatus.«

1) Meliores semper hos dico: k. p. m. et e in illis quae in m desunt partibus. cf. § 2.

dringenties [1]) in α consentiunt; discrepant inter se meliores sexies et quinquagies. Contra η habes in melioribus libris vel omnibus: Κίρκης 2, 15 [2]). μούνη 2, 64. βίην 4, 8. βορέην 10, 46. εὐνάν 10, 58 (η m. p. k.). ἀτιμοτάτῃ 14, 49. μοίρῃ 14, 49 (ῃ e. p. k.). αὔτᾶς 15, 131 (η libri) τάν 10, 55 (η libri).

Praeterea hic nominanda sunt vocabula quae a vocibus I declinationem secutis vel derivando vel componendo orta sunt: Λιβύαθε 1, 24 (— ωθε k.). λιμνᾶτις 2, 56 (η m. p.). κανηφόρος 2, 66 (η m. k. ι p. α volg.) περονατρίδα 15, 21.

Denique addantur nonnulla adverbiorum genera

α) quae dativi I declinationis esse videntur: πᾷ, πᾳ, τᾷδε, ᾇ, παντᾷ, ἀλλᾷ etc. de quibus postea accuratius disseremus.

β) quae non immerito pro accusativis habentur: ἀκμάν 4, 60. κρύβδαν 4, 3. μάταν 14, 28. πρώαν 8, 23. 14, 5. πρόαν 4, 60. 5, 4 (η p.). 15, 15. μάν 1, 71. 1, 86 (μέν e. p. k. contra metrum). 1, 95. 1, 139 (η e. k.). 3, 12 (μέν e.) 3, 27. 3, 34. 4, 14. 4, 20 (μέν e. p.). 4, 23. 5, 17. 5, 50. 5, 118 (μήν e. μέν m.). 5, 122 (μάν k. μέν volg.). 6, 46 (μέν p. k. contra metrum). 8, 17. 8, 21. 8, 74. 10, 23. 10, 37 (μέν e.). 11, 60. 14, 7. 14, 28. 14, 57. 15, 15 (μάν k. p. μέν e.) πλάν 14, 53 (η p.) et praepositio 5, 84. 15, 95 (η p.) praeterea ἐξαπίνας 2, 25 (α k. η volg.). 14, 32 in quo genetivum agnosco.

b) Omnes verborum et in αω exeuntium et quorum stirps in α cadit declinatus:

ἀγαπητέ 15, 149 (η libri).
ἀγητόν 1, 126 (η e. k. α p.).
ἀμάσας 11, 73. ἀματήρεσσι 7, 29 (η libri). ὀψαμᾶτα 10, 7.
ἀνήσσατοι 6, 46.
ἀνίασεν 2, 23. ἀνιαθῇ 11, 71. ἀνιηρέ 2, 55 (η p. k. α volg.)
ἀνιαραῖσι 7, 124 (η k.).

---

1) Numerantur ii tantum loci ubi attica dialectus η exhibet.

2) In exemplis laudandis ubique sequor editionem Ziegleri anam II. Tubingae 1867. itemque ex hac editione librorum hausi lectionem ubi nomen Ziegleri aut Ahrensii non additum est.

ἐμπερόναμα 15, 34. περονάματα 15, 79.
ἐκπεπότασαι 2, 19 (η m. p. k.) quamquam fortasse ἐκπεπότησαι a ποτέομαι ductum rectius legitur cum libris optimis. (cf. Ahr. diall. I p. 85). sed ἐκπεπότασαι 11, 72 secundum libros.
ἐπέρασα 2, 90 (α m. p. k.). περάσαι 2, 50 (α k. η volg.).
ἐνίκασας 8, 84 (α m. η volg.). νικασεῖν 5, 28. 8, 7. νικασεῖς 8, 10. νικάσας 8, 89 (η libri).
ἐγκαναχήσατο 9, 27 (η libri. Ahrens. ed. II e coni. Duebneri ἐγκαγχάσατο).
ἐδυνάθην 11, 59 (η k.)
ἔβα 1, 140. 5, 9. 14, 43. βασεῦμαι 2, 8. βασεῦνται 4, 26. βεβακώς 14, 66. ἀπέβα 15. 38. κατέβα 15, 35. συνέβα 10, 8. 10, 10 (η p.) adde βέβαλοι 3, 51 a stirpe βα cf. Curtium elem. etymol. graecae ed. III [1]) p. 431.
ἔφαν 2, 130. ἔφα 7, 43. κἤφα 1, 82. φαμί 2, 161 (η m. p.) 6, 26 (η k.) 8, 7. φατί 1, 51. φασῶ 11, 70. φασεῖς 15, 79. φάμα 7, 93 (η m.) Πολύφαμε 6, 6. 6, 19 (η p.) Πολύφαμον 7, 152. Πολύφαμος 11, 8. 11, 80.
θᾶσαι 1, 149. θάσασθαι 2, 72 (θεάσασθαι m. p. k.) θᾶσαι 3, 12. 4, 50. 10, 41. 15, 65. θασόμεναι 15, 23. θαητός 15, 84. θᾶμα 1, 56 e coniect. Ahrens.
θνάσκω 1, 135 (stirps θνα pro θαν). θνατός 1, 101. 15, 106. τεθνάκαμες 2, 5.
κεκμακώς (stirps κμα pro καμ) 1, 17 (η p.)
κνάσαιο 7, 110.
κομάσαι 1, 133. Κομάτας 5, 4. 5, 9. 5, 19. 5, 70. 5, 79. 5, 138. 5, 150. 7, 83. 7, 89.
λωβασεῖσθε 5, 109 (η m.).
μεμναμένῳ (stirps μνα pro μαν cf. Curtium elem. etym. gr. p. 291) 3, 28. μέμναμ' 5, 40. 5, 118. μέμνασ' 5, 116 (sic Meinek. Ahr. [2]) recte scribunt pro μέμνᾳ). μεμνημένος 7, 69. μνάσῃς 15, 36.

---

1) Editionem III sequor; quarta mihi non in promptu erat.
2) Sequor edit. II minorem in eis quae ad textum pertinent.

μυκητᾶν 8, 6.
μωμάσατο 9, 24 (η p.)
νᾶμα (a νέω descendens) 15, 27. Ahr. ed. II βᾶμα edidit. totus locus corruptus est.
νεμεσσατά 1, 101.
ὀνάσῃς 5, 69. ὀνασεῖ 7, 36. ὠνάθην 15, 55.
πλαναθῇς 15, 67 (η libri).
σκιρτασεῖτε 1, 152.
σμᾶμα (σμάω) 15, 30 e verissima Hermanni coniectura.
στασῇ 1, 112. στασῶ 5, 53. 5, 54. 5, 58. ἐστάσατο 7, 150 (η p. k.) ἑστάκαντι 15, 82 (η e.) ἀνέστα 15, 53. ὑπέσταν 2, 164.
τολμασεῖς 14, 67.

His adnumeranda sunt verba quae dorice in αω, ionice et attice in εω desinunt: ἐπόνασαν [1]) 15, 80. ἐξεπόνασα 7, 51. 7, 85. φωνᾶσαι [2]) 2, 108. cf. Ahrens. diall. II p. 148. Neque minus κτᾶσθαι Doriensium erat quamquam iidem etiam κτῆσθαι frequentabant. cf. Ahr. diall. II p. 131. Non enim consentio cum Ahrensio qui ἔγκτασις similia hyperdorice dicta esse existimat. Nam hae formae rectissime a stirpe κτα ductae leguntur in titulis Corcyraeis 1841. 1842. 1844 optime servatis et circa Ol. 140 exaratis; praeterea ἔνκτασιν in tit. Delphico nr. 10 ap. Wescher. et Foucart. (Inscriptions recueillies à Delphes par Wescher. et Foucart. Paris 1863. Didot.) atque Ἐπίκτατος in Phocico Romanae aetatis nr. 76 R.[3]). Quare ἐκτάσα 5, 6 quod libri omnes tuentur apud Theocritum optime legitur. cf. etiam Allenum de dialecto Locrensium (in G. Curtii studiis gramm. Vol. III) p. 229.

Praeterea quaeritur utrum φιλάσω etc. Theocritus scripserit necne. Exempla sunt haec: ἐφίλησα 2, 126 (η p. ap. Ziegl.

---

1) Cf. Eurip. Iph. Aul. 209 ἐξεπόνασεν. Pindar. P. IX, 93 πεποναμένον. Ol. VI, 11 ποναθῇ. cf. Peter. de dial. Pindari diss. 1866. p. 12.

2) Cf. Pindar. Ol. XIII, 67. N. X, 76 φώνασε. cf. Peter. l. c. p. 12.

3) Cf. Ahrens. diall. II p. 131.

et p. 6. Y. ap. Ahr. *α* volg.) 11, 55 (*η* p. ap. Ziegl. et p. 6. D. L. Y. Med. Ald. ap. Ahr. *α* Db. volg.). *ἐφίληθεν* 7, 60 (*α* libri). *ἐφίλησας* 15, 100 (*α* libri). *ἐφίλησε* 5, 132 (*η* p. k. ap. Ziegl. et k. p. 6. ap. Ahr. *α* volg.) 5, 135 (*η* p. ap. Ziegl. et p. 6. ap. Ahr. *α* volg.) 6, 42 (*η* p. ap. Ziegl. et p. 6. ap. Ahr. *α* volg.). *πεφιλημένε* 3, 3 (*η* 25. ap. Ahr. *α* volg.). *πεφιλημένον* 11, 6 (*η* v. ap. Ahr. *α* volg.). *φιλήσω* 3, 19 (*α* libri). *τριφίλητος* 15, 86 (*η* e. m. p. k. Med. Ald. Iunt. ap. Ziegl. et *η* k. a. p. 6. 9. 23. D. L. M5. Y. Med. Ald. Iunt. *α* lem. schol. k. et Call. et Gregor. Cor. § 141). *φίλημ'* 15, 130 (*η* e. m. p. ap. Ziegl. et p. a. 6. 9. ap. Ahr. *α* k. volg.) *φιλήμασιν* 3, 20 (*η* p. ap. Ziegl. et p. 6. 23. ap. Ahr. *α* volg.)

Libri igitur plerumque *φιλάσω* etc. tenent quae ad verbum *φιλάω* referenda sunt. Quam vocem iniuria Ahrensius et doridi (de diall. II p. 148) et poetis bucolicis (cf. eius edit. Bionis epitaphii Adonidis. Lipsiae 1854. p. 49) abrogavit. Legitur enim *φίλαμα* etiam apud Plutarchum [1]) Ages. c. 11. (Pindaro autem *φιλήσω* etc. cum libris danda sunt. cf. Peter. l. c. p. 13) et confirmant librorum lectiones Theocriteorum testimonia Apollonii Synt. p. 120, 14 *ὥς τυ φιλάσω* (id. 3, 19), Gellii noctt. att. IX, 9 *πεφιλαμένε* (id. 3, 3). Quare Theocrito ubique *φιλάσω* etc. vindicanda sunt, nisi quod 15, 86 *τριφίλητος*, cum vox sit magis poetica, fortasse recte legitur optimis libris firmatum. Simile aliquid deprehenditur in voce *μοῦσα* ac derivatis; nam aeolicam et sollemniorem formam *μοῖσα* semper poeta adhibet, nunquam vero *μοισίζω*, *μοισικός* etc. cf. § 7. B. (itemque Pindarus). Est autem verbum *φιλάω* [2]) in numero eorum vocabulorum habendum

1) Cf. Krampium de dial. Laconica diss. 1868. p. 41. Valde autem miror Fritzschium dicentem (edit. Theocr. II minor. p. 296): »Hierzu kommen die zahlreichen Beispiele des Wortes *φίλαμα* aus andern Schriftstellern bei Krampe dial. Lac. p. 41.«

2) Nihil hac in re valet aeolicum *φίλημι*. cf. *ὄρημι*· *νίκημι*. Nam apud Aeoles et Dores eadem saepe verba modo in *αω* modo in *εω* exeunt. cf. Ahr. diall. I p. 85 sq. II p. 148 sq.

quae volgo apud Dores η tenent, rarius α vocalem veluti κτᾶσθαι de qua voce dixi, ἄβα. μᾶλον (pecu) de quibus vide postea, πλᾶθος quode cf. Ahr. diall. I p. 85. Allen. dial. Locr. l. c. quae non recentiori doridi (cf. μᾶλον ap. Simonidem et πολυμάλου ap. Pindar.) tribuenda sunt, sed ita interpretanda, illa ut diutius in populi sermone magis volgari haesisse indeque ad Theocritum pervenisse existimemus.

Denique recte leguntur νεότματος (τμα pro ταμ. cf. τάμνω doricum pro τέμνω) 7, 134 atque δέδμανθ' [1]) (δμα pro δαμ. δάμω pro volg. δέμω) 15, 120 (η m.) cf. Ahr. diall. II p. 149. addas ἔτμαξεν (τμά—γω) 8, 24. cf. Curt. elem. etym. gr. p. 208.

c) Augmentum verborum quae a vocali α (vel αι, αυ) incipiunt. Libri meliores ter et tricies α praebent omnes. Variant in hisce: ἄραξεν 2, 6 (ἐρρ — p.) ἀνάλατο 8, 88 (α p. k. η volg.). ἀνάυσεν 4, 37 (η p.) ἄρξατο 8, 32 (η m.) ἐξᾶρχε 8, 62 (η k.) ἁγεῖτο 11, 11 (η p.) ἁγεμόνευον 11, 27 (α m. η volg.). ἀρίστευσε 15, 98 (α m. k. e η p.) Contra η libri tenent meliores omnes: ἠγάγεθ' 15, 64. ἠγνοίησεν 7, 14. συνήντετο 8, 1. ἐξηρέθη 14, 17. παρῆσθεν 5, 120. Sed restat ut dicamus de ἄειδον 7, 141. ἄειδε 8, 30. 11, 18. ἄεισα 9, 29 in qua voce apud Homerum α in arsi positum semel producitur. Od. 17, 519. Rectissime autem Fritzschius apud Theocritum augmenti vim agnoscit. cf. eius edit. II. Lipsiae 1870 adn. id. 7, 41. p. 215.

d) Prima persona indicativi praeteritorum et optativi medii.

Decies libri meliores α praebent. Fluctuant in hisce: ἐφρασάμαν 2, 84 (α m. η p. k.) κείμαν 2, 86 (η m.) δυνάμαν 2, 108 (η m. p.) ἐφάμαν 7, 42 (η k.) sed ἐφάμαν 2, 102 ubi η in libris optimis m. p. k.

His addatur dualis qui semel legitur ἤστην 8, 3 (k. ἤσθην m. ἤτην volg.) pro dorico ἤσταν.

---

1) Cf. θεόδματος ap. Pindar. Ol. VI, 59. P. I, 61. IX, 10. J VI, 11 etc. cf. Peter. l. c. p. 13.

e) Voces nonnullae quae volgo in ηνη desinunt.

Σελάνα (cf. σέλα—ς) quater et decies cum libris; semel η in cod. p. 2, 87. γαλάνα (cf. γελανής et Curt. elem. etym. gr. p. 164) 6, 35 (η k.) Μυτιλήναν 7, 52. 7, 61 utroque loco η tenent m. k. lem. schol. k. α volgo.

Praeterea hic nominentur: Σελαναία 2, 165. Ἀθαναίαν[1] 5, 23 (Ἀθη — p.) Ἀθαναία 15, 80 (Ἀθα — m. Ἀθη — volg.) Ἀθηναῖος 14, 6 quod libri tuentur omnes. Videtur enim Thyonichus cum emphasi quadam verbum ita ut ab Atheniensi audiverat repetere, quamquam vereor ne libri nos in errorem inducant, nam pariter Ἀθηναία 15, 80 in omnibus fere codicibus extat. At hic non dubitaverunt editores Theocrito α restituere.

f) Voces ηξ (gen. ηκος) volgo terminatae. cf. latinam terminationem ax, ācis.

ὄρπακες 7, 146. μύρμαξ 9, 31. μύρμακι 9, 31. μύρμακες 15, 45. At ἴρηκες 9, 32 et ἴρηξιν 9, 32. cf. volgare ἱέραξ.

g) composita quorum altera pars α unde incipit volgo in η productum habet.

ὑπανέμιοι 5, 115 (α p. η volg.) ἐπάκοος 8, 25 (η p.) ἀνάριθμοι 15, 45 (α e. p. k.) ἀνάνυτα 15, 87 (η m.) Τιμαγήτοιο 2, 8. 2, 97 (ἄγω). cf. Christ. Lautlehre p. 11. His adnumerentur composita quorum prior pars dorice (et aeolice) α, epice η pro volg. ο habet in fine: διδυματόκον 1, 25. 3, 34. διδυματόκος 5, 84. διδυματόκοι 8, 45. Sed χλαμυδηφόροι 15, 6 in libris omnibus.

h) Verba liquida quae dicuntur in quibus α producitur pro η volgari.

σεσαρώς 5, 116. 7, 19. At ἐκάθηρε 5, 119 in libris. Addantur γᾶμαι 3, 40. γᾶμεν 8, 93 (η m.)

i) Singula haec vocabula quorum maxima pars ad stirpes quae α tenent revocari potest. Sed cum non semper sit

---

1) Non recte Ahr. diall. II p. 194 doricum Ἀσάνα vel Ἀθάνα ex Ἀθαναία contractum esse dicit.

cognitum neque satis exploratum habeamus, quas ad stirpes vocabula illa referenda sint, neque stirpes omnino certissimum de Doriensium elocutione criterium praebeant, ubique adnotavi quae aut in titulis aut apud scriptores doricos atque aeolicos reperiuntur. Qua in re magnopere me adiuverunt libri:

Ahrensii de dialecto dorica (de diall. gr. Vol. II) p. 136 sqq. Arensii de dial. Sicula diss. Monast. 1868. Alleni de dial. Locrensium (in G. Curtii studd. gramm. Vol. III) p. 207 sqq. Krampii de dial. Laconica Monast. 1867. Peteri de dial. Pindari Hal. Sax. 1866. Schaeferi de dorismi in tragoediis graecis usu (progr. gymnas. Cottbus.) 1866. Denique Ahrens. de dialectis Aeolicis etc. (de diall. gr. Vol. I) p. 87 sq. et p. 181 sq. cum hac in re artissimum inter doricam et aeolicam dialectum vinculum sit. Sed redeamus ad Theocritum apud quem leguntur haec:

ἅβας [1]) 1, 44 (η e.) ἇβαι 5, 109 (αὖαι p. k.) ἄναβον 5, 87. ἀνάβω 8, 3 sed ἄκρηβος 8, 93. Vocalem α huius vocis Ahr. recentiori Doriensium elocutioni tribuit. diall. II p. 151 at cf. quae § 4 dixi cum de φιλάω agebatur.

ἁγεῖτο [2]) (a stirpe ἀγ cf. ἄγω agere cf. Curt. elem. etym. gr. p. 161 sq.) 11, 11 (η p.) ὑφαγέο 2, 101. ἁγεμόνευον 11, 27 (α m. η volg.) Ἀγεάνακτι 7, 61, 52, 69.

ἁδύς [3]) septies et tricies legitur; semel 14, 61 habet η cod. p. cf. ἁνδάνω. ἕαδον lat. suavis, nam derivatur a stirpe ἁδ (σϝαδ.) cf. Curt. l. c. p. 214 sq.

ἀϊόνος [4]) 11, 14. ἀϊόνι 15, 133.

ἁλίκον [5]) 4, 55. ἁλικιώτας 14, 54 (α p. η volg.).

ἅλιος [6]) 1, 102. ἁλίῳ 10, 56. ἁλιόκαυστος 10, 27. com-

---

1) ἅβα etc. titt. Alcaeus. Herod. anecd. Ox. III. 296. 28. ἥβα Pindar. Epich. cf. Ἀβαίων nomen tituli Aeginetici in Herma V. p. 471.

2) Pind. tragg. test. ap. Kramp.

3) Tit. ap. Ahr. diall. I p. 182. Pind. tragg.

4) Pind. tragg. test. ap. Ahr.

5) Titt. Sophr. Archim. Pind. cf. praeterea ἁλικιωτᾶν in tit. Rhodiaco. revue archéolog. 1865. part. I p. 218 sqq.

6) Test. ap. Ahr. tragg.

paratur volgo ἀλέα quod tamen ad aliam stirpem revocavit Curtius l. c. p. 371 et p. 503.

ἄλλαλος [1]) ter legitur 14, 46. 15, 10. 15, 50 ubique η in p. e geminato ἄλλος natum.

ἆμαρ [2]) 7, 63 (η p. k.) 11, 69 bis. ἄματα 2, 86 (η m.) ἄματι 6, 4. ἄματος 10, 5. praeterea σάμερον 14, 45. 2, 147 (η p.) μεσαμέριον 7, 21. μεσαμβρινόν 10, 48. origo incerta est cf. Curt. l. c. p. 544.

ἆμος [3]) 4, 61. τᾶμος 14, 34 (η p. k.) τημόσδε 10, 49 in libris omnibus.

ἁμός [4]) et ἁμέτερος cf. aeolicum ἄμμες (skt. asmat.). ἁμᾶς 2, 146 (e coni. Meinek. ἐμᾶς s. ἀκμᾶς m. ἐμᾶς p. k. volg. ap. Ziegl.). ἁμόν 5, 108 (ἀμον m. p. ἐμόν k.). ἁμά 15, 127 e verissima Ahrens. coniectura. libri ἄλλα. ἁμέτερος ter legitur 2, 31. 7, 30. 8, 75. de ἁμῶν, ἁμῖν etc. disputabimus cum de pronominibus agetur.

ἁνίκα [5]) octies legitur; semel 11, 25 η in m. τανίκα 1, 17. 7, 108.

ἅσυχος [6]) quinquies extat. bis η in p et semel in e. ἁσυχία 7, 126. origo incerta est cf. Curt. l. c. p. 353.

ἄχει [7]) 2, 36. καταχές 1, 7.

ἀώς [8]) ter legitur. ποταῶὸν 4, 33. ἀῶθεν 15, 132 (η m. p.) cf. lesb. αὔως. lat. aurora (ausosa) cf. Curt. l. c. p. 371.

βαρυμάνιος [9]) 15, 138 cf. μαίνομαι. ἐμάνην. cf. Curt. l. c. p. 291.

---

1) Pind. tragg.

2) Titt. test. ap. Ahr. Pind. tragg.

3) Test. ap. Ahr.

4) Titt. Pind. tragg. test. ap. Ahr. diall. II. p. 262.

5) Pind. tragg. testt. ap. Kramp.

6) Epich. libri plerumque η ap. Pind. cf. Peter. p. 11.

7) Pind. tragg. Alcaeus.

8) Epich. Pind. tragg. testt. ap. Ahr.

9) Tit. Pind. testt. ap. Ahr. μανίω Eur. Hip. 1135 sed μῆνις volg. tragg. cf. Schaeferum p. 7.

γαθεῖ[1]) 1, 54. *γαθεῦσαι* 9, 36 (*γα*— libri). *γεγαθότες* 7, 134 (*η* m.) cf. *γαίω. γάννμαι.* lat. gaudere a stirpe *γαϝ* derivata.

γαρύσαιντο[2]) 1, 136 (*η* p.) *γαρύεται* 9, 7 et 8, 77 qui versus ex id. 9, 7 male huc translatus est. cf. lat. garrio. cf. Curt. l. c. p. 168.

γλάχων'[3]) 5, 56 (*γλίχων'* p.)

γυνά[4]) 1, 32. 2, 44. cf. *γυνα-ικός.*

δαλήσατο[5]) 9, 36 (*η* e.) *δαλεῖται* 15, 48 (*η* p. k.) non cognatum est cum lat. dê-le-o quod derivatur a stirpe lî. cf. Curt. l. c. p. 342.

Δαμάτερι[6]) 7, 32. *Δάματρος* 7, 155. *Δάματερ* 10, 42. origo incerta est. syllabam *δα* non esse pro *γα* docuit Ahr. diall. II p. 80 quamquam alii opinionem ex antiquitate traditam amplectuntur. cf. Fritzsch. edit. Theocr. adn. id. 4, 17. Christ. Lautl. p. 115. Ceterum cf. Curtium l. c. p. 447—450.

δᾶμος[7]) 4, 22 (*η* p.) *δαμόται* 4, 21. *ἀποδαμεῖν* 14, 58 (—*δραμεῖν* p. k. —*δαμεῖν* e.) *Φρασίδαμος* 7, 3. *Φρασιδάμω* 7, 131. *Δαμοίτας* 6, 1. 6, 20. 6, 42. 6, 44. Non recte *δᾶμος* a stirpe *δαμ* quae est in *δαμ-α-ω* derivatur. cf. Curt. l. c. p. 218. neque certior est origo e verbo *δέμω* ducta, quamquam Dorienses in hac voce *α* retinuerunt. cf. § 4. b. fin.

δύστανε[8]) 15, 31. *δύστανοι* 15, 87 (*η* m.) *δύστηνοι* 14, 49 (*η* e. *α* volg.)

ἐπίταδες[9]) 7, 42. fortasse a stirpe *τα. τά—νυ—μαι. ἐ—τά—θην* derivandum. cf. Curt. l. c. p. 205.

---

1) Epich. Pind. tragg. testt. ap. Ahr.

2) Pind. *μελίγαρυς* Alcm. fr. 4.

3) Testt. ap. Ahr. diall. II. p. 559 et I. p. 182.

4) Titt. tragg.

5) Tragg. Hesych. s. v. Ahr. diall. I. p. 88.

6) Titt. Pindar.

7) Titt. Alcm. Pind. tragg.

8) Pind. tragg.

9) Titt. Archim.

ἐνκήλοιο [1]) 2, 166 (*α* m.) cf. *ἕκατι*. et Hesych. *γεγκαλόν ἥσυχον. γεκαθά ἕκουσα*. cf. Curt. l. c. p. 130.

εὐμάκης [2]) 14, 25. cf. *μακρός* a stirpe *μακ*. cf. Curt. l. c. p. 153.

ζαλῶ 3, 50 [3]). *ζαλοῖ* 6, 27. *ζαλωτός* 3, 49. quam vocem optime Curtius (l. c. p. 352) ad stirpem antiquiorem *ζας* pro *ζες* revocavit. cf. *ζά—λη. ζά—λος* etc.

ζάτεισ' [4]) 1, 85 lectio incerta est. libri *α* tenent praeter p.

Ζηνός [5]) 7, 93 (*η* m. k. *α* volg.). *Δᾶν* 4, 17 (*δᾶν* volg. *γᾶν* k.) 7, 39 (*δᾶν* volg. *γᾶν* k. *γ* corr. in *δ* m.) cf. Curtium l. c. p. 563 sq.

ἠλαίνοντι 7, 23. cf. *ἀλαίνω, ἀλάομαι*. cf. Curt. l. c. p. 509.

Ἡφαίστοιο [6]) 2, 134 (*η* m. p. *α* volg.)

κᾶποι [7]) 15, 113 fortasse a stirpe *σκαπ* derivandum. cf. *σκάπτω. κάπετος*. cf. Curt. l. c. p. 142 et p. 158.

κατεβληχῶντο [8]) 5, 42 a stirpe *βλα. βαλ*. cf. balare. cf. Curt. l. c. p. 273.

κλαξῶ [9]) 6, 32. *κατεκλᾴσθης* 7, 84. (*ει* p.) *ἀπόκλαξον* 15, 43. *ἀποκλάξας* 15, 77. *κλάξ* 15, 33 e *κλάϝ—ις* (cf. lat. clavis) ortum. Fritzschius Theocr. ed. min. II. doris p. 279 bene comparat lat. nix pro nivs (nivis) cf. etiam. Curt. l. c. p. 296. de his formis quas Ahrensius recentiori doridi vindicat. cf. Ahr. diall. II. p. 141. Curt. l. c. p. 143.

κνακόν [10]) 7, 16. *κνάκωνα* 3, 5.

---

1) *ἕκαλος* Pindar.

2) Pind. tragg. test. ap. Ahr. diall. II. p. 130.

3) Pindar.

4) Epich. Alcm. testt. ap. Ahr.

5) *Ζανός* etc. titt. Alcm. cf. Ahr. diall. I. p. 88. *Ζήν* Pind. cf. Peter. p. 42. et tragg. cf. Schaefer. p. 6.

6) *Ἀφ—* titt. Epich. Pind. testt. ap. Ahrens. diall. I. p. 87.

7) Tit. Pind. test. ap. Ahr.

8) Tragg.

9) Cf. *κλαΐς* Pindar.

10) Test. ap. Ahr.

κνάμαισι [1]) 6, 13. κακοκνάμοισιν 4, 63.

κράνα [2]) octies legitur; semel η in k. 5, 3. Pro κράνας 5, 146 e nonnullis libris λίμνας editores restituerunt. Praeterea extat διεκρανώσαιτε 7, 154. Κραναιᾶν 1, 22 quae lectio incerta est. derivantur autem hae voces a stirpe καρ (κρα) cf. κάρα. cf. Curt. l. c. p. 136.

κρατήρ [3]) (etiam atticum) 5, 104 (α m. k. η volg.) κρατῆρος 7, 65 (p. k. κρητῆρος volg.). κρατῆρα 5, 53 (p. k. κρητῆρα e.) κρατῆρ' 7, 150 (p. k. κρητῆρ' volg.) ἀκράτω 2, 152 (ἀκράτως legendum a Briggsio primum commendatum. cf. Meinek. h. l.) ἄκρατον 14, 18 quae vocabula ad stirpem κρα cf. ἐ—κρά—θην (κεράννυμι) referenda sunt.

λάθας [4]) 2, 45. λασθῆμεν 2, 46. λέλασται 2, 158. λασεύμεσθ' 4, 39. λασῶ 14, 9 at ἐλελήθει 10, 38 in libris omnibus. ἐκλάθοντα 1, 63 quod Ahr. pro ἐκλελάθοντα recte videtur restituisse. Praeterea ἀλαθέα 2, 94 (η m. p.) 5, 76. ἀλαθής 2, 154 (η m. p. in k. videtur sec. ex α fecisse η cf. Ziegl.) τἀλαθέα 3, 31 (η p. k.) ἀλαθείᾳ 7, 44 (η p. k.): quae omnia a stirpe λαθ derivantur. cf. ἔ—λαθ—ον (λανθάνω) lat—e—o.

λακεῖ 2, 24. cf. λάσκω. ἔ—λακ—ον a stirpe λακ. cf. Curt. l. c. p. 151. Fortasse huc trahendum nomen proprium Λάκων 5, 2, 9, 14, 86, 136, 143.

λανόν 7, 25. λανῶ 14, 16.

λᾳον [5]) 10, 21 (Bergk. λαῖον volg. λάϊον k. λᾶον scholl. k.) 10, 42 (Bergk. λαῖον libri). λᾳοτομεῖς 10, 3 (Bergk. λαιο— volg. λαΐτομεῖς (ϊα sec.) k.) de quibus Bergkius dixit in Museo Rhenano ed. a Welkero et Naekio. Vol. VI. 1839. p. 30. cf. etiam Ahr. diall. II. p. 142 et p. 186 sq.

λαψῇ [6]) 1, 4. 1, 10. cf. ἔ—λαβ—ον. cf. Curt. l. c. p. 483.

---

1) Pind. Alcaeus.
2) Tituli.
3) Pind. testt. ap. Ahr. p. 133.
4) Pind. tragg.
5) Sophr. testt. ap. Ahr.
6) Epich. titt.

μάκων[1] 11, 57. *μάκωνας* 7, 157 fortasse a stirpe *μακ.* (*μακρός*) derivandum. cf. Curt. l. c. p. 153.

μᾶλον[2] (malum). *μᾶλα* 2, 120. 3, 10 (*η* k.) 7, 144. 8, 79. 3, 41. 11, 10. 5, 88. 6, 7. 7, 117. 10, 34. *μαλίς* 8, 79. *ὀρομαλίδες*? 5, 94. *γλυκύμαλον* 11, 39. Praeterea *μᾶλα* (= genae) 7, 120 qui locus incertus est et 14, 38.

μᾶλον (pecu.) hoc apud Theocritum 1, 109. 8, 2. 8, 16. 8, 56 libri omnes tenent, 4, 10 (*η* lem. schol. k. priore loco, *α* altero) iidem atque 3, 46 omnes praeter p. neque causa est cur hanc formam cum Ahrensio propellamus. Quam esse vere doricam duo confirmant exempla: Pindari Ol. 1, 12 *πολυμάλον*[3] (in libris omnibus) et Eustathii p. 877, 55 qui ex Aristophane grammatico refert Simonidem bovem *μᾶλον ἤγουν μῆλον* dixisse: quae Ahrens. (diall. II. p. 153) immerito sprevit. accedit Megarensium *Δημήτηρ μαλοφόρος* (nuper in titulo antiquissimo Selinuntio reperta) quam Pausanias I. 44, 3 clare testatur a *προβάτοις* nomen traxisse (cf. mus. rhen. 27. p. 367) ut necesse sit aliquando Dorienses *μᾶλα* dixisse etiam pecora. Nam boeoticum *μεῖλον* hac in re nullius momenti est. cf. etiam *κτεῖσις* et *πλεῖθος* apud eosdem pro *κτᾶσις* et *πλᾶθος* doricis. cf. Ahr. diall. I. p. 184 et cf. § 4. b supra. Ceterum vocis *μᾶλον* origo valde obscura est cf. Curt. l. c. p. 305 et p. 541.

μαρύεται[4] 1, 29 origo huius vocis ab *ἐρύω* ducta valde incerta est. cf. Curt. l. c. p. 543.

μάτηρ[5] 2, 146. 3, 16. 3, 45. 4, 9 (*η* e. p.) 8, 16 (*η* p. k.) 11, 54. 11, 67. *ματρός* 9, 13. *ματρί* 10, 58 (*η* m. k.) 11, 26. 14, 32 (*η* k.) *ματέρα* 2, 109 (*η* m.) 8, 89. *μᾶτερ* 9, 15. 15, 60. *ἰσομάτορα* 8, 14. cf. lat. mater.

---

1) *μακωνίς* Alcm. fr. 17. Archimed.

2) Alcm. Arist. Lysistrate. test. ap. Ahr.

3) Ceteris locis ubique *μῆλον* ap. Pind. cf. Peter. de dial. Pind. p. 15.

4) Test. ap. Ahr.

5) Titt. Pind. tragg.

μηκάδας 1, 87 (*α* k.) *μηκάδες* 5, 100 (*υ* m.) cf. *μᾶκών*. *μεμᾶκυῖα*.

μῆχος[1]) 2, 95 (*η* m. p. k. *α* volg.) *ἀμήχανος* 1, 85. *ἀμηχανέοντος* 14, 52. cf. lat. machina. cf. Curt. l. c. p. 311.

Μίλατος[2]) 15, 126 (*η* m.) sed cum Ahrensio *Μιλατίς* scribendum est.

νᾶσον[3]) 1, 124. *νάσω* 6, 33. *Πελοποννασιστί* 15, 92. quae a *νάω* descendunt. cf. Curt. l. c. p. 298.

ναῦς.[4]) *ναΐ* 11, 61. *νᾶας* 7, 152 e coni. Heinsii (*λάας* et *λᾶας* libri). cf. lat. navis. cf. Curt. l. c. p. 292.

νήλιπος 4, 56 (*η* k. e. p.) *ἀνάλιπος* scribendum est. libri praeter k *ἀνήλιπος* aut *ἀνάλιπος*. Ahr. ed. II et Meinek. recte *ἀνάλιπος* ediderunt, quamquam hic in adnotatione: verum videtur *νήλιπος*. origo incerta est.

παγαῖσι[5]) 1, 2. *παγαῖσι* (*η* a pr.) k. *πηγαῖσι* p.

πάγνυμι[6]) (cf. *ἐ—πάγ—ην*. cf. Curtium l. c. p. 251). *ἐπάξα* 4, 28. *πάξαιμι* 7, 156. *πᾶξε* 11, 16 (*η* k.) *συνέπαξ'* 8, 23 (*η* k.) at *πῆξας* 2, 112 in libris omnibus; quamquam Ahrens. in edit. I *π'ξας* e k enotat, in quo libro Ziegler. cum *πῆξας* sine varia lectione scripserit, hoc videtur legisse.

πάχεος[7]) (ulna) 3, 30. *πᾶχυν* 7, 67. *ῥοδόπαχυν* 2, 148 (*η* m. p.) *ῥοδόπαχυς* 15, 128 (*η* e. m. p.) *τρισκαιδεκάπαχυς* 15, 17 (*η* libri omnes). cf. Curt. l. c. p. 184.

παδάω.[8]) *ὑπερπαδῆτε* 5, 108 (*η* m). cf. Curt. l. c. p. 230.

---

1) *μαχανά* et composita: Pind. tragg. Arist. Acharnenses. testt. ap. Ahr. tit. ap. Allen.

2) Testt. ap. Ahr. diall. II. p. 143 et I p. 87.

3) Titt. Pind. tragg.

4) Pind. tragg. *ναώριον* tit. ap. Ahr. II. p. 145.

5) Pind. tragg. testt. ap. Ahr.

6) Titt. Pind.

7) Epich. test. ap. Ahr. diall. I. p. 87.

8) Sophr. Arist. Lysistrate.

πλατίον [1]) 5, 28. 10, 3. cf. *ἄ—πλα—τος*. cf. Curt. l. c. p. 261.

Πριήπω (*Πρίαπος* atticum) 1, 21. *Πρίηπος* 1, 81 (*η* lem. sch. k. volg. *α* p. k.)

σακίταν 1, 10. cf. Hesych. *σάκωσε, κατέκλεισε*. cf. lat. saepes.

σᾶμα [2]) 1, 125. 5, 121. 7, 10.

σκανᾶς [3]) 15, 16. *σκανά* = *σκαδ—να* a stirpe *σκαδ* unde etiam lat. casa pro scad—ta et cas—sis. cf. Christ. Lautl. p. 61. Curt. l. c. p. 159.

σφάξ [4]) 5, 29 e vaspa (cf. lat. vespa) ortum. gr. *ϝεσπα, ϝεσπᾰκ, σφακ*. cf. Curt. l. c. p. 357.

σμάνεσσι 1, 107 (*η* e.) *σμήνεσσι* (*η* k. *α* volg.) *σμήνεα* 8, 46 (*η* m. p. k.)

τάκω [5]) terdecies legitur libris consentientibus. cf. *ἐ—τᾰ́κ—ην. τᾰκ—ερός* etc. cf. Curt. l. c. p. 205.

ὕσπλαγξ [6]) 8, 58 (*η* p. k.) fortasse ab *υς* (*ὕσ—τερος*) et *πλήσσω*. (cf. *ἐξ—ε—πλάγ—ην*) derivandum. cf. Curt. l. c. p. 214.

φαγοί 9, 20. cf. lat. fagus. cf. Curt. l. c. p. 177.

φάλαρος 9, 27 (*φαλαρός* cum Ahr. et Fritzsch. scribendum). *Φάλαρος* 5, 103 (*φαλαρνὸς* m.) cf. *τὰ φάλᾰρα* et *φαλᾰρίς*.

En habes omnia in unum collata. Ea quo melius perspicias numeros apponam. Atque ratio haec est inter *α* et *η* intercedens:

---

1) Epicharm.

2) Pind. tragg. Archim. testt. ap. Ahr.

3) Titt. Sophr. testt. ap. Ahr.

4) test. ap. Ahr. II. p. 135.

5) Pind. tragg.

6) Arist. Lysistrate v. 1000.

α		η
circ. 700 [1]) (libri meliores vel omnes.)	:	41 (libri iidem.)
	:	61 cod. k.
	:	84 cod. p.
	:	84 cod. m vel e ubi m deficit.
	:	160 fluctuant libri meliores.

Luculentissime hi numeri docent quae sit librorum condicio. Nam semel et quadragies tantum codices omnes vel meliores in *η* consentiunt. Quem numerum in libro praestantissimo k iam viginti locis auctum esse apparet. Magis etiam turbatus est fons olim integrior in altero codice optimo p itemque in cod. m (vel e). Denique multo plures ii sunt loci ubi meliores libri inter se discrepant.

Sed ut firmum nobis stet iudicium locos in quibus aut unus alterve codicum optimorum aut omnes vel meliores *η* tuentur accuratius examinemus. Atque de priore locorum genere haud difficile est iudicatu. Nam viris doctis iam diu persuasum erat mero librariorum errore aut inscitia *η* saepissime in textum irrepsisse. Quam rem paucis liceat exemplis adumbrare: Cod. k terdecies habet *μάτηρ*, ter *μήτηρ* (8, 16. 10, 58. 14, 32); duodecies *μᾶλον* (pomum), semel *μῆλον* 3, 10; octies *κράνα*, semel *κρήνας* (5, 3); cod. p tenet quater *Πολύφαμος*, semel *Πολύφημος* (6, 19); quaterdecies *Σελάνα* in versu intercalari carm. II, semel *Σελήνη* (2, 87); sexies et tricies *ἁδύς*, semel *ἡδύς* (14, 61); praeterea *ἐπέρασα* (2, 90) extat in libris k. p. m. at in eodem carmine *περάσαι* (v. 50) in k solo. *ἆμαρ* quinquies p. K. semel *ἦμαρ* (7, 63) iidem tenent.

1) Hoc velim teneas me locos in quibus dorica dialectus consentit cum attica neque libri adversantur non computasse. Neque vocabulorum *κτᾶσθαι, φιλάω, μᾶλον* (pecu) exempla, quae separatim tractanda erant, numeris supra allatis adscripsi.

Quare optimo iure editores Theocriti plerisque ubi libri meliores fluctuant locis α restituerunt. Tamen alios sive codicum nonnullorum auctoritate commoti sive certam aliquam subesse rationem opinati intactos reliquerunt. At quae sit librorum vel optimorum auctoritas, de ea re omnem me puto exemisse dubitationem. De rationibus vero quibusdam quas secuti locis nonnullis η vindicaverint infra disputabimus.

Transeamus igitur ad locos in quibus aut omnes libri aut meliores η tuentur. Atque illorum quoque partem cum librariorum neglegentiae aut interpolationi deberi viderentur viri docti dudum emendaverunt. Quos hac in re certe non vituperaverim. Sed unus quisque ut iudicare possit quo iure alia illi mutaverint, alia non sint ausi removere, omnes enumerem locos necesse est. Qua in re ita versabor, ut lectiones adiciam editionum Meineki (ed. III). Ahrensi (ed. II min). Ziegleri (ed. II). Fritschi (ed. II mai.). Leguntur:

εὐνάν[1]) 10, 58 (α omnes). αὐτᾶς 15, 131 (α omnes). τάν[2]) 10, 55 (α omnes). ἁματήρεσσι 7, 29 (η Mein. Ahr. Frit.). ἐκπεπόταται 2, 19 (α omnes). νικάσας 3, 89 (α Ahr. Frit. η Mein.). πλαναθῆς 15, 67 (α Ahr. Frit. η Mein.). ἐφάμαν 2, 102 (α omnes). τρισκαιδεκάπαχυς 15, 17 (α Mein. η Ahr. Frit.). Κίρκης 2, 15 (α Mein. η Ahr. Frit.). μούνη 2, 64 (α Mein. Ahr. η Frit.). βίην 4, 8 (η omnes). βορέην 10, 46 (η omnes). ἀτιμοτάτῃ 14, 49 (ᾳ Mein. ῃ Ahr. Frit.). μοίρῃ 14, 49 (ᾳ Mein. ῃ Ahr. Frit.). κανηφόρος 2, 66 (α Mein. Ahr. η Frit.). ἀγαπητέ 15, 149 (α Mein. η Ahr. Frit.). ἐγκαναχήσατο 9, 27 (η Mein. Frit. ἐγκαγχάσατο Ahr.). μεμνημένος 7, 69 (α Mein. Ahr. η Frit.). μυκητᾶν 8, 6 (η omnes). ἠγάγεθ' 15, 64 (α Mein. η Ahr. Frit.). ἠγνοίησεν 7, 14 (η omnes). συνήντετο 8, 1 (η omnes). ἐξηρέθη 14, 17 (αι Ahr. ῃ Mein. Frit.). παρῄσθεν 5, 120 (αι Ahr. ῃ Mein. Frit.). ἥστην 8, 3 (η omnes). Ἀθηναῖος 14, 6. (η omnes) ἴρηκες et ἴρηξιν 9,

1) Exempla descripsi qualia in editioneZiegleriana extant; quare eius nomen nusquam addidi.

2) τάν legitur ap. Stobaeum Flor. XVI, 9.

32 (α bis Ahr. η bis Mein. Frit.). γλαμυδηφόροι 15, 6 (η omnes). ἐκάθηρε 5, 119 (α Ahr. η Mein. Frit.) ἄκρηβος 8, 93 (α Frit. η Mein. Ahr.). τημόσδε 10, 49 (α Mein. η Ahr. Frit.). ἠλαίνοντι 7, 23 (η omnes). κατεβληχῶντο 5, 42 (α Ahr. η Mein. Frit.). ἐλελήθει 10, 38 (α Ahr. η Mein. Frit.). μῆχος 2, 95 (α omnes). ἀμήχανος 1, 85 (α Mein. η Ahr. Frit.). ἀμηχανέοντος 14, 52 (η omnes). νήλιπος 4, 56 (η Frit. ἀνάλιπος Mein. Ahr.). πῆξας 2, 112 (α Ahr. Frit. η Mein.). σμήνεα 8, 46 (α omnes). Πριήπω 1, 21 (η omnes).

Quid est hac in re iudicandum. Num propriam censes rationem in his vocibus cerni cur α vocalem poeta respuerit? Minime, nam earundem haud raro aliis locis formam libri tuentur doricam veluti ἐκπεπότασαι 11, 72 (2, 19 [1])). νικασεῖς 8, 10 (8, 89). quinquies derivatarum a stirpe λαθ: λαθά. λασῶ etc. (10, 38) et toties a stirpe μνα: μέμναμ'. μνάσῃς etc. (7, 69). quater ἅβα, ἄναβος etc. (8, 93) aliarum, neque in diversis semper carminibus ut νικασεῖς, ἄναβος etc.

Sed restat ut quaeramus, quam legem ac normam editores in Theocriteis restituendis sint secuti. Atque tres potissimum cur non ubique poeta doridem admiserit dialectum causas Fritzschius enumerat. „Primum [2]) multi sunt, inquit,

---

1) Numeri uncinis inclusi ad locos pertinent supra enotatos in quibus η tenent libri.

2) Cf. Eritzschium Theocr. ed. II. minor. Lipsiae 1869. p. 19: Wir müssen vielmehr annehmen, dass der Dichter eine feine Wahl des Ausdruckes an den einzelnen Stellen beabsichtigt und gefühlt habe, was hier passend, was dort unpassend sei, und desshalb oft auch die epische Form der dorischen vorgezogen habe. p. 20: Namentlich gibt es viele Stellen, wo das helle η für den Begriff der Sache höchst passend ist und — wenn wir den besten Handschriften Glauben schenken — von dem Dichter sehr sinnig statt des breiten Dorischen α gesetzt worden ist. Man lese nur laut und frage seine Ohren z. B. an folgenden Stellen: id. 2, 55 αἰαῖ Ἔρως ἀνιηρέ. id. 15, 149 ἀγαπητέ. Dann probire man, wie es auf das Gefühl wirken würde, wenn der Dichter αἰαῖ Ἔρως ἀνιαρέ und ἀγαπατέ geschrieben hätte. Doris p. 296 lin. 22. Dagegen zog der Dichter, um das zierliche

loci in quibus *η* vocalis rebus quae describuntur multo convenit melius. Quis enim alta si legerit voce non offendetur hisce: id. 2, 55 *αἰαῖ Ἔρως ἀνιαρέ* et id. 15, 149 *χαῖρε Ἄδων ἀγαπατέ.*" Eademque ratione 5, 132 et 5, 135 *ἐφίλησε* et 15, 186 *τριφίλητος* praetulisse poetam somniat, „quippe quibus basii exprimeretur suavitas atque ardor amoris." At hoc mente qui capere potest capiat. Me hoc neque intellegere neque sentire libenter confiteor. Verum valet in his proverbium illud notissimum: quot homines tot sententiae. Quam rem testimonio confirmat luculentissimo ipsa editorum discrepantia.

Deinde Fritzschius non forte factum esse existimat, ut *η* in plerisque deorum nominibus legatur. Exempla proponit: *Ἡφαίστοιο* 2, 134 tantum in codd. [1]) m. p. *Ἑρμῆς* 1, 77 solum in cod. k. *Ζηνός* 7, 93 in m. k. *Πριήπω* 1, 21 (contra *Πρίαπος* in eodem idyllio v. 81 in k et p.) praeterea *Βορέην* 10, 46. *Ἑλένῃ* 15, 110 (*Ἑλένᾳ* Ziegler.) ubi Ziegl. *η* tantum e cod. m enotat, Ahrens. e libris k. 9. L.

Contra *α* in aliis (etiam deorum) nominibus, de quibus Fritzschius tacet, semper legitur velut *Πολύφαμος* saepius. *Ἑκάβας* 15, 139. *Ἑκάτᾳ* 2, 12 et *Ἑκάτα* 2, 14. *Δαμάτηρ* ter. plerumque in hisce: *Ἀφροδίτᾳ* 1, 138. 15, 101. *Ἀφροδίτας* 7, 55. *Ἀφροδίτᾳ* 10, 33. *Ἀφροδίτα* 2, 7 (*η* m. p.) *Ἀφροδίτας* 2, 30 (*η* m. p.) *Ἥρᾳ* 4, 22. *Ἥραν* 15, 64 (in k. p.) praeterea: *Κίρκα* 9, 36 codd. meliores tenent praeter k, at *Κίρκης* 2, 15. *Σελάνα. Σελαναία. Ἀθαναία* de quibus cf. § 4. e.

Itaque ne hanc quidem Fritzschii aliorumque [2]) opinionem libri comprobant. Neque alia extat causa cur in non-

---

Küsschen und die Innigkeit der Liebe zu bezeichnen 5, 132 und 5, 135 *ἐφίλησε*, 15, 186 *τριφίλητος* vor.

1) Lectionem librorum optimorum solam adhibui.

2) Cf. Meinekium ed. III adn. id. I, 21. »*Πριήπω.* hoc nomen ex iis est, in quibus ionicam formam praetulit poeta vulgari *Πρίαπος.*« Atque eandem ob causam Ahrensium et Zieglerum *Πρίηπος* alia scripsisse puto.

nullis poeta nominibus formam atticam aut ionicam praetulisse credatur. Nam *Πρίηπος, Βορέης* alia nomina certe non reconditiora sunt ceteris neque recte Pindarus aut poetae tragici ad rem diiudicandam cum Theocrito comparantur.

Restat tertia causa: „Homericam dialectum retineri in locutionibus ex Homero repetitis" [1]). Exempla Fritzschius profert haec: 7, 107 *ὑπὸ πλευράς τε καὶ ὤμους* (cf. Il. 23, 716 et 4, 8 *βίην καὶ κάρτος.* praeterea 7, 111 *χείματι μέσσῳ* et 1, 74, 83. 7, 144 *ποσσί.*

Atque non nego interdum voces non doricas legi apud Theocritum ubi Homerum exscripsit vel imitatur veluti etiam 7, 129 *ξεινήϊον ὤπασεν ἦμεν* (cf. Iliad. 11, 20 *δῶκε ξεινήϊον εἶναι* in fine versus); ceterum non *εἶναι* verum *ἦμεν* (*εἷμεν* rectius. cf. §. 8) apud Theocr. legitur. praeterea 8, 9 *εἰροπόκων ὀΐων* (cf. Od. 9, 443 *εἰροπόκων ὀΐων* in eadem versus sede). De his vero hic non est locus disputandi. Quaeritur enim, num *βίην, ὤμους* similia non mutaverit in dorica *βίαν* etc. Quae res et per se parum est verisimilis (cf. *εἷμεν* pro *εἶναι* antea memoratum) neque libri ubique hanc opinionem confirmant. Quid? Nonne vero propius est ipsis his locis librarios facillime ad formas aberrasse homericas? Atque hanc prorsus sententiam amplectemur omnium [2]) locorum habita ratione. Quare singulos enumerabo:

Theocr. 11, 36. *οὔτ' ἐν θέρει οὔτ' ἐν ὀπώρᾳ* (*ὀπώρᾳ* p. k. *η* volg.) [3]).
Od. 12, 76. *οὔτ' ἐν θέρει οὔτ' ἐν ὀπώρῃ.*

---

1) Idem sentit Meinekius. adn. id. 7, 107: »vereor ne poeta in homerico hemistichio Il. *ψ*, 716 homericas formas non mutaverit.« et adn. id. 4, 8. »Brunckius, quem ceteri secuti sunt, *βίαν*. Fortasse recte, quamquam cum homericum sit *κάρτος τε βίη τε* Od. *γ*. 370. *δ*, 415 libros sequendos putavi.« Neque aliam sententiam Ahrensius et Zieglerus amplexi esse videntur.

2) Sunt omnes, quod sciam, qui ad quaestionem hanc solvendam pertinent. Alios cur omiserim supra monitum est.

3) Optimorum tantum librorum lectiones adhibui secundum editionem II Zieglerianam ut volgo.

Theocr. 2, 112. *ἐπὶ χθονὸς ὄμματα πήξας.*
Il. 3, 217. *κατὰ χθονὸς ὄμματα πήξας.*

Theocr. 7, 75. *παρ' ὄχθαισιν ποταμοῖο.* (—*θαισι* m. p. —*θησι* k.) de term. *αισι* quae sola Theocr. vindicanda est cf. declin. I.
Od. 6, 97. *παρ' ὄχθησιν ποταμοῖο.*
(Il. 4, 487. *ποταμοῖο παρ' ὄχθας*).

Theocr. 11, 27. *ἐγὼ δ' ὁδὸν ἁγεμόνευον.* (*ἁγε*— m. *ἡγε*— volg.).
Od. 6, 261. 7, 30. *ἐγὼ δ' ὁδὸν ἡγεμονεύσω.*
(Od. 10, 501. *ταύτην ὁδὸν ἡγεμονεύσει*).

Theocr. 1, 46. *σταφυλαῖσι καλὸν βέβριθεν ἀλωά.*
Il. 18, 561 *σταφυλῇσι μέγα βρίθουσαν ἀλωήν.*

Theocr. 7, 65. *οἶνον ἀπὸ κρατῆρος ἀφυξῶ.* (*κρατ*— p. k. *η* volg.).
Il. 1, 598. *νέκταρ ἀπὸ κρητῆρος ἀφύσσων.*
Od. 9, 9. *μέθυ δ' ἐκ κρητῆρος ἀφύσσων.*
(Od. 2, 349. *οἶνον ἐν ἀμφιφορεῦσιν ἄφυσσον*).

Theocr. 11, 16. *τό οἱ ἥπατι πᾶξε βέλεμνον.* (*πᾶξε* m. *πᾶξαι* p. *η* k.)
Od. 22, 83. *ἐν δέ οἱ ἥπατι πῆξε θόον βέλος.*

Theocr. 15, 135. *λιγυρᾶς ἀρξώμεθ' ἀοιδᾶς.*
Od. 12, 183. *λιγυρὴν δ' ἔντυνον ἀοιδήν.*
Od. 12, 44. *λιγυρῇ θέλγουσιν ἀοιδῇ.*

Theocr. 7, 13, 14. *οὐδέ κέ τίς νιν ἠγνοίησεν ἰδὼν* (*μιν* libri).
Il. 1, 537. *οὐδέ μιν Ἥρη ἠγνοίησεν ἰδοῦσ'.*
Od. 5, 78. *οὐδέ μιν ἄντην ἠγνοίησεν ἰδοῦσα.*

Theocr. 7, 76. *εὖτε χιὼν ὥς τις κατετάκετο.*
Od. 19, 205. *ὡς δὲ χιὼν κατατήκετ'.*

Theocr. 7, 79. *κακαῖσιν ἀτασθαλίαισιν.* (—*αισιν* bis p. k. *αισιν*—*ησιν* m.).
Od. 12, 300. 24, 458. *ἀτασθαλίῃσι κακῇσι.*
(Od. 1, 7. *σφετέρῃσιν ἀτασθαλίῃσιν*).

Theocr. 2, 46. *εὐπλοκάμω Ἀριάδνας*. (—*κάμω* k. *ου* volg. — *δνης* m.).
Il. 18, 592. *καλλιπλοκάμῳ Ἀριάδνῃ*.

Theocr. 14, 49. *ἀτιμοτάτῃ ἐνὶ μοίρῃ*. (—*τάτῃ* e. p. k. *μοίρῃ* e. p. k.)
Il. 15, 195. *τριτάτῃ ἐνὶ μοίρῃ*.

Theocr. 8, 8. *ἀπαμείβετο μύθῳ*. (*ἀμείβετο* m. et ita scripserunt Ahr. Hart. Frit. parum recte. nam Theocritum tam presse Homeri vestigia ubique secutum esse neque necessario postulatur neque exempla evincunt. cf. Theocr. 1, 46. 2, 46. 2, 112. 7, 129 etc.).
Od. 9, 506. 11, 59. 10, 71 etc. *ἠμείβετο μύθῳ*.

Theocr. 11, 28, 29. *οὐδέ τί πᾳ .... δύναμαι* (*πα* k. *τα(νῦν)* m. p.)
Il. 21, 219. *οὐδέ τί πῃ δύναμαι*.

Theocr. 10, 46. *βορέην ἄνεμον*.
Od. 9, 67. *ἄνεμον Βορέην*.
Od. 14, 299. *Βορέῃ ἀνέμῳ*.

Accedunt loci 7, 107 et 4, 8 a Fritzschio commemorati. Ceterum ad hoc velim attendas quod omnes fere eandem versus sedem tenent quam apud Homerum. De libris manu scriptis non habeo quod addam. Nam ut in ceteris ita hic quoque formas non doricas interpolationi tribuendas esse ex toto locorum conspectu efficitur.

Iam omnia quae hucusque de *α* posito pro *η* disputavimus breviter liceat complecti. Atque *α* doricum cur ubique apud Theocritum sit restituendum duae sunt causae gravissimae: primum quod locis longe plurimis *α* libri optime conservarunt, in ceteris vero *η* propter lectionis varietatem et inconstantiam valde suspectum est; deinde quia certa [1])

---

1) *ἐκπεπότησαι* et *τριφίλητος* (cf. § 4. b.) a doride non aliena sunt.

nulla extat causa cur locis nonnullis η poetam admisisse existimemus.

§ 5.
de vocali η.

Quamquam Dorienses α genuinum et primitivum saepissime servaverunt, haud raro tamen apud eosdem η vocalem reperimus [1]). Id vero vel maxime advertendum est η in plerisque vocibus ac formis ex ε natum esse.

Atque η in doride postulant

a) declinationis III terminationes ης. ηρ. ην quarum η ex ε productione natum videtur veluti ἀνήρ. μάτηρ. πατήρ. θυγατήρ 15, 67 (α e.) 15, 110. κλιντήρ. κρατήρ. ζωστήρ. ἁματήρ. ἀλαθής. εὐωδής. ἰσοπαλής. φιλεχθής. εὐμακής. ἑξαέτης. ὑγιής. κυνοθαρσής. ὀκτωκαιδεκέτης. Ἱππομένης. Ἀντιγένης. τάπης. adde Ἡρακλῆς. Πατροκλῆς. Neque minus doricum est ποιμήν diserto Herodiani testimonio et Alcmanis versiculo (ποιμήν fr. 11) confirmatum. cf. Ahr. diall. II. p. 145. Quare cum plerisque editoribus apud Theocritum ποιμήν restituendum est quod 8, 44 optimi libri k et p., 8, 9 solus p tuetur. Contra omnes 1, 7, plurimi 1, 15 (exceptis codd. 5[5]. Bar[α]. et Stobaei Vd ap. Ahr. et cod. e ap. Ziegl.) ποιμάν tenent.

b) Omnes verborum et in εω exeuntium et quorum stirps in ε cadit declinatus.

ἀθρήσασα. ἄθρησον. ἀσκητά. ἆνται (ἄημι cf. Curt. l. c. p. 360 sq.). αὐλησεῦντι. ἀγρυπνῆσαι. βωστρήσομες. δήσας. καταδήσομαι (alii καταθύσομαι cum libris plerisque) ter. αὐλητρίδος (alii αὐλιστρίδος). δωρήσομαι. διζημένῳ (cf. Curt. l. c. p. 572). δαλήσατο. ἐνόησα. ἐσόβησ'. ἐκύρησεν. ἐμέτρησεν. ἐπιμελητά. ἐπιθυμήσασα. εὐθυμήσαις. θαητός. κινήσεις. καλλιερῆσαι. μυθήσατο. νίκημι 7, 40 (a νικέω pro volg. νικάω ductum. cf. ὅρημι ab ὁρέω descendens). οἴκησιν. ὅρημι (cf. Ahr. diall. I. p. 136). ποθόρημι (locus incertus.). ποθό-

---

1) Cf. Ahrens. diall. II. p. 145 sqq.

ρησϑα. ποιησεῖς bis. πεποίηται. ἐποίησα. ἐποίησας. πλατάγημα. πλατάγησε. ἐπεπλατάγησα. πατησεῖς bis. πατήσῃς. σκληρῶ (σκλε. σκελ, σκελλω.). σχῆμα (σχε. σεχ. cf. Curt. l. c. p. 182). τίϑητι. ἔϑηκας. ἔϑηκε. ϑησῶ bis. ϑησεῖς. καταϑησῶ. ϑησεύμεσϑ' (loc. corruptus). ὑφίητι. προΐητι. τήρησον. ᾠδήκαντι 1, 43 (οἰδέω pro volg. οἰδάω). His addantur ἰδησῶ 3, 37 (vid—e—o). βοσκησεῖσϑε 5, 103. δεδαημένω 8, 4. μεμάνημαι 10, 31. εὑρησεῖς 11, 76. γεγενήμεϑ' 15, 56. μέλημαι 14, 2 (α lem. schol. k.). Τιμαγήτοιο 2, 8. 2, 97: quae per ε vocalem stirpi additam formata sunt. Fluctuant autem libri in hisce quae editores dudum correxerunt: ἀνησεῖν 1, 50 (ἀνάσσειν k.). δοκησεῖς 1, 150 (η Vat. 913 α volg.). σιτήϑην 9, 26 (σιτάϑην m ap. Ziegl. et D⁵. L. M. Q. ap. Ahr. η volg.). κἀνυπόδητος 14, 6 (η 23. sec. Y. 6 ap. Ahr. α volg.). ἀριϑμητοί 14, 48 (η e volg. α p. k. ap. Ziegl. η 6 ap. Ahr. α volg.) κεκροτημένοι 15, 49 (η p. k. ap. Ziegl. et a. L. Y. ap. Ahr. α volg.). Meinekius edidit κεκροταμένοι sed in adnot. dicit: „κεκροτημένοι scribendum erat."

Praeterea in doride η tenent haec: χρή 4, 41. 8, 66. 10, 56. 14, 64. 15, 45. χρήσδεις 8, 11 bis. χρήζοντι 15, 28. χρῄσδω 8, 12 bis. διαχρησεῖται 15, 54. χρησμώς 15, 63. χρηστᾶ 15, 75. χρῆμ' 15, 83 quae [1]) a stirpe χρε descendunt. πλήϑουσιν [2]) 8, 42 (alii cum codd. m. k. s. πηδῶσιν scribunt). πλήσατε 8, 69. ἄπληστε 15, 30. πληροῖ 5, 86. 8, 87. (α p. ap. Ziegl. et Q. ap. Ahr.). πληροῦσιν 8, 46 (α m. p. ap. Ziegl. et Q. ap. Ahr.). ἀνεπλήρωσεν 7, 34. πλῆρες 1, 146, 147 quae a stirpe πλε derivata sunt (cf. Curt. l. c. p. 260). κλητός [3]) 7, 24. ἄκλητον 7, 104. σύμβλητ' [4]) 5, 92.

1) Cf. χρηστός Epich. 16. εὐχρηστός tit. 30 ap. Vischerum. Epigr. und archäol. Beiträge aus Griech. cf. Kramp. d. Lac. p. 41. χρήματα in titt. ap. Allen. de Socr. p. 229.

2) πλῆϑος Pind. O. XIII, 43. ἐνέπλησαν Sophr. 30, πληϑύς etc. in titt. ap. Allen. l. c.

3) συνκλήτῳ Boekh. corp. inscr. 5491 et Εὔκλητος corp. inscr. 1247 B.

4) πρόβλημα Archim. p. 218. κάβλημα laconicum ap. Hesych. s. v.

(σύμβαντ' p. est autem *CYMBANT* apertus librarii error pro verissimo *CYMBAHT*) de quibus omnibus cf. Ar. diall. II. p. 131 sqq.

c) Verborum augmentum quae a vocali ε incipiunt.

Saepissime libri in η consentiunt. Fluctuant in hisce: ἠράσθην 8, 60 (ἀρ — p.). 11, 25 (ἀρ — m. p.) ἐνήργει 4, 61 (η s. ap. Ziegl. et 6. ap. Ahr. α volg.).

d) Optativi activi in ην exeuntis et coniunctivi terminationes.

Libri meliores quantum scio semper η exhibent. Exempla quae extant permulta enumerare longum est.

e) Aoristi I et II passivi terminationes.

Rarissime in libris α legitur. ἀπέσβης 4, 39 (η k. α volg. est vero huius versus lectio incerta). ἐτύπην 4, 53 (η F. K. Y. ap. Ahr. α volg. Memoretur hic etiam aor. pass. infinitivus λασθῆμεν 2, 46.

f) terminationes nonnullae adiectivorum et substantivorum veluti λιμηρόν 10, 57 (λιμός). ὑψηλᾶς 11, 18 (ὕψος) si quidem non descendunt a nominibus I declin. aut a stirpibus quae in α desinunt. Deinde: Νηρηίσι 7, 59. ξεινήιον 7, 129. Πελοπηιάδαι 15, 142 quorum η ex ε productione natum est. Denique πετεηνά 15, 118 (cf. πετεεινός et πετεινός. cf. πετεηνός Epich. 103). τοσσῆνος etc. quode postea dicetur.

g) Composita quorum altera pars ε unde incipit in η productum habet: κατηρεφέες 7, 9 (ἐρέφω). cf. Christ. Lautl. p. 11.

h) Singula [1]) haec:

ἀηδόσι [2]) 1, 136. ἀηδόνα 5, 136. ἀηδονίσι 8, 38. ἀηδονιδῆες 15, 121. cf. ἀείδω. cf. Curt. l. c. p. 232. Non recte de ἀηδών iudicat Christ. Lautl. p. 224.

ἄνδηρα 5, 93.

---

1) In his exponendis eandem rationem secutus sum quam antea ubi de vocibus quae α retinent agebatur. cf. § 4. i.

2) Cf. Ahr. diall. I. p. 87.

ἀνήθῳ [1]) 15, 119. ἀνήτινον 7, 63.
ἀνήσσατοι 6, 46 (ἀνήσσατοι k. α volg.). cf. ionicum ἕσσων.
γηραλέοι [2]) 14, 69. cf. γέρων. γεραιός. cf. Curt. l. c. p. 166.
δασπλῆτι 2, 14 a stirpe πλε (πελ.) cf. Curt. l. c. p. 261.
δή. δηθά. ἤδη [3]) semp. semel 15, 99. ἄδα in bono cod. m.
δήλετ' [4]) (δήλομαι) 5, 27.
δῆλον [5]) 10, 13. 11, 79 e δέϝ—ε—λος, δέελος (cf. Iliad. 10, 466) ortum. cf. Curt. l. c. p. 222. Christ. Lautl. p. 214.
Δηοῖ 7, 3.
Διομήδεος [6]) 1, 112. Εὐμήδευς 5, 134. Περιμήδας 2, 16. cf. μέδω, μέδομαι. cf. Curt. l. c. p. 228.
ἐθρήνευν [7]) 7, 74. cf. θρέ—ομαι. cf. Curt. l. c. p. 242.
Ἠδωνῶν 7, 111.
ἤ. ἦ. ἠέ [8]) semper.
ἠϊθέοισι 2, 125.
ἥκω quode cf. §. 9 fin.
ἥμενος [9]) 1, 48. κάθηται 1, 18. καθῆσθαι 2, 98. κάθησαι 6, 8. καθήμενος 11, 64. cf. εἵαται (= ἕσ—α—ται) et ἕαται. cf. Curt. l. c.p. 352.
ἡμιγένειος [10]) 6, 3. ἡμιθέων 15, 137. ἡμίφλεκτον 2, 133. cf. lat. semi. cf. Curt. l. c. p. 303.
ἠνίδε 1, 149. 2, 38. 3, 10. 5, 23.
ἥπατι 11, 16. cf. lat. iecur. cf. Curt. l. c. p. 420.
Ἥρᾳ [11]) 4, 22. Ἥρην 15, 64. quae vox neque cum lat. hera neque gr. ἔρα componenda est. cf. Curt. l. c. p. 116. Rectis-

---

1) Testt. ap. Ahr. diall. I. p. 87.
2) Pindar.
3) Titt. Pind. Epich. (δή).
4) Titt. testt. ap. Ahr.
5) Titt. δηλαδή Epich. 100.
6) Cf. Μήδεια. μήδομαι. ap. Pindar.
7) Pindar.
8) Titt. Pind.
9) Titt. Pind.
10) Titt. Epich. Sophr. plerumque Archim.
11) Titt. Pind.

sime autem Leo Meyer. (Bemerkungen zur ältesten Geschichte d. gr. Mythologie p. 18) hanc vocem a stirpe skt. svar derivavit. Apud Graecos vero quaecumque vocabula ab hac stirpe originem ducunt non ab antiquissimo *σϝαρ*, sed a *σϝερ* vel *σερ* (aut *σϝελ* et *ἑλ*.) derivantur ut *Σείρ*. *σέλας* etc. cf. Curt. l. c. p. 503.

Ἡρακλέος [1]) 2, 121. *Ἡρακλῆι* 4, 8. 7, 150. ab eadem qua *Ἥρα* stirpe derivatur.

ἠρίον 1, 125. *ἠρία* 2, 13.

ἥρως [2]) 15, 138. cf. Curt. l. c. p. 538. Christ. Lautl. p. 235.

θήλεια [3]) 15, 145. *ἐθήλαζε* 3, 16. *θηλάζοντα* 14, 15. cf. Curt. l. c. p. 237.

θήν [4]) semper.

θηρία [5]) 1, 110. 2, 68. 5, 107. *ἀκριδοθήραν* 1, 52. cf. lat. ferus. (aeol. *φήρ*.) cf. Curt. l. c. p. 240.

Θησέα [6]) 2, 45.

κηρός [7]) et *κηρίον* dorica sunt. cf. cera. cf. Curt. l. c. p. 142. *κηρίον* libri semper 5, 59. 5, 127. 7, 85. *κηρόν* 2, 28 libri meliores omnes. *κηρῶ* 1, 129 omnes praeter v et Ald. ap. Ahr. *κηρῷ* 1, 27 (*η* e. *α* volg.). *κηρόν* 8, 19. 8, 22 utroque loco *η* in p. lem. schol. k et cod. 6 ap. Ahr. *α* volg. Editores rectissime ubique *η* scripserunt.

κρηπῖδες [8]) 15, 6. Nihil demonstrant verba Curtii (l. c. p. 538) qui sequentis syllabae vocali *ι* vim aliquam mutandae *α* vocalis in *η* apud Dores tribuit. cf. *Μαλίς*. *μᾶνις*. *πλατίος* etc.

λήγω [9]) semper legitur. cf. Curt. l. c. p. 173 qui si recte de

1) Titt. Pindar.
2) Titt. Pind. Testt. ap. Ahr.
3) Epich. Sophr. Pind.
4) Epich. Sophr.
5) *θυννοθήρας* Sophr. cf. Pind. cf. *σηροκτόνος* Aristoph. Lysistrate.
6) Tit. Pindar.
7) Alcm. Pind.
8) Pindar.
9) Tit. Pindar.

hac voce disputavit certe λάγω Dores non dixisse mireris Nam verba cognata (secundum Curtium) omnia a stirpe λαγ derivantur λαγαρός. λάγνος. langueo etc.

μήν. [1]) μηνί 15, 103. μῆνες 14, 45 (η k. et D ap. Ahr. α volg.) cf. ionicum μείς. lat. mensis. cf. Curt. l. c. p. 311.

Νήαιθον 4, 24. Ahrens. Ναύαιθον edidit. Diverse nobis hoc nomen traditur. A Strabone Νέαιθος, ab Euphorione aliis Ναύαιθος appellatur. Libri vero Theocritei Νήαιθον praebent omnes praeter Vat. 913 qui habet Ναύαιθον η superscripto. cf. Fritzschium ed. II. mai. h. l.

Νηρήισι [2]) 7, 59 sicut Νηρεύς a stirpe sna aut snu derivatur quam apud Graecos aut σναϝ aut σνεϝ esse ex multis vocabulis apparet. cf. Curt. l. c. p. 297.

ξηρός [3]) 8, 44. ξηροῖσι 1, 51. cf. ξερός.

μή. μήτε [4]) etc. semper.

πήρᾳ 1, 49. πήρας 1, 53. πηρᾶν 15, 19.

Πηνειῶ [5]) 1, 67. cf. Curt. l. c. p. 259. non recte mihi Curtius hoc nomen cum πῆνος, πηνίον (dor. πανίον) comparasse videtur, in quibus Dores (cf. etiam lat. pannus, panus) α semper retinent. Nam cum Πηνειός sit flumen Thessaliae permirum est Thessalos qui cum Aeolibus α pro η retinuerint (cf. Ahr. diall. I. p. 220) non Πανειός dixisse.

στῆθος [6]) 2, 79. 7, 17. 15, 108, 135.

Τήλεμος 6, 23.

τηλόθεν [7]) 7, 140. τηλέφιλον 3, 29.

τῆνος, τηνεῖ, τηνῶθε etc. de quibus postea dicetur.

τήρησον [8]) 2, 97.

---

1) Cf. διμήνου corp. inscr. 5491 tit. Siciliae. titt. ap. Ahr. Pindar.

2) Pindar.

3) Titul.

4) Titt. ubique ap. scriptores.

5) Pindar.

6) Sappho. Alcaeus. Pindar.

7) Pindar.

8) Pindar.

Caput III.

De ceteris vocalibus longis atque diphthongis.

§ 6.

de α pro volg. ω.

Pauca tantum vocabula sunt in quibus Dorienses α pro volgari ω pronuntiabant. Alia vero velut ἆτα pro ὦτα (Ταραντῖνοι ap. Hesych. s. v.) et ὀπάρα pro ὀπώρα si recte tradita sunt certe non omnibus Doriensibus in usu fuerunt (cf. Ahr. diall. II. p. 182. Kramp. de dial. Lac. p. 28) neque in libris leguntur Theocriti qui praebent ὠτός 11, 32. 14, 27. ὤτων 5, 133. ὀπώρας 7, 143. ὀπώρᾳ 11, 36. Neque certo dici potest utrum θᾶκος doricum sit necne. Nam apud Sophronem legimus θωκεῖτε 41 et σύνθωκοι (ap. Polluc. X, 5) itemque θῶκος 1, 22 apud Theocritum in libris omnibus. Contra certissime Dores πρᾶτος et πράτιστος dixerunt [1]) quae librorum auctoritate plerumque innisi editores merito apud Theocritum restituerunt.

Ita πρᾶτος [2]) habent Ziegleri libri meliores omnes 8, 30 (ω a. v. 6. 8. L. Y. ap. Ahr.). 8, 32 (ω v. Y. ap. Ahr.). 8, 92 (ω a. 8. L. Y. ap. Ahr.). 9, 1. 14, 56 (ω k. 6. ap. Ahr.); meliores praeter e: πρᾶτιστος 1, 77 (ω a. v. 6. 16. D. Y. Med. Call. ap. Ahr.) et exceptis codd. e. p. πρᾶτον 15, 78 (ω p. 6. ap. Ahr.). praeterea leguntur πρᾶτον 2, 130 (ω m. p. ap. Ziegl. et p. 6. 9. Y. ap. Ahr.). πρᾶτος 6, 5 bis (α bis m. p. et volg. ω bis k. ap. Ziegl. et α bis p. s. 9. D^5. corr. Q. et volg. ω—α a. ω bis (k. 6. 8). v^6. D^5. pr. Y. Antt. ap. Ahr.) et 8, 5 (ω k. ap. Ziegl. et ω k. a. 6. 8. Y. Med. Ald. Iunt. ap. Ahr.). πρᾶτα 10, 29 (α k. volg. ω m. p. lem. schol.

---

1) Cf. Ahr. l. c. et Kramp. dial. Lac. p. 27.

2) Eadem leguntur apud Callimach. cum libris optimis 6, 20. 6, 40. 5, 9. at 5, 105 editores emendarunt.

k. ap. Ziegl. et *α* k. volg. *ω* (a. p. 6. 9). L. Y. Call. Antt. ap. Ahr.). *πρᾶτον* 11, 25 (*ω* p. k. ap. Ziegl. et *ω* k. a. p. D. (corr. D[b].) Y. Antt. ante Mor. ap. Ahr.) at in melioribus libris *πρῶτον* 2, 18 (*α* M[5]. e. *ω* k. p. 6. 9. D[5]. Y. Antt. ap. Ahr. et *ω* m. p. k. ap. Ziegl.), in omnibus *πρωτοτόκοιο* 5, 27 quae Ahrens. rectissime emendavit. Ceterum *πρᾶτος* a stirpe antiquissima *πρα* (cf. skt. pra. pratha—mas. lat. primus) et *πρῶτος* a stirpe recentiore *προ* derivata sunt.

§ 7.

de *ω* et *οι* productione suppletoria natis.

Doridem severiorem quo nomine Lacones Italiotae Cretenses Cyrenaei comprehenduntur *ω* pronuntiasse pro volgari *ου*, si longa vocalis vel diphthongus e productione suppletoria nata erat, satis constat. cf. Ahr. diall. II. p. 153 sqq. Kramp. de dial. Lacon. p. 44 sqq. Contra mitior Doris hac in re plerumque conspirat cum dialecto attica. Theocritus vero magno librorum consensu partim dialectum doricam severiorem partim aeolicam secutus est. Atque

A

doridem admisit

1) in II declinationis accusativo plurali cuius terminatio *ως* (pro volgari *ους*) ex *ονς* orta est. Librorum autem condicio est haec:

ω : *ου*

libri meliores vel omnes.

23 : 2

liber k.

34 : 4

liber p.

27 : 11

liber m (vel e ubi m deest.)

31 : 7.

Fluctuant libri meliores terdecies. — Quare summo iure Ahrensius in editione II ubique *ω* restituit.

2) in singulis hisce vocibus:

κώρα libri tenent omnes 1, 82. 6, 36. meliores praeter e *κῶρος* 1, 47 (*ου* a. 6. P. Sch. Apoll. Moschop. ap. Ahr.). denique legitur *κῶροι* 15, 120 (*ου* m. p. ap. Ziegl. et p[4]. 9[4]. 9[2]. p[1] ap. Ahr.). Ceterum *κόρα* quod et ipsum Theocritus frequentat a doride non alienum est. cf. Ahr. diall. II p. 161.

ὠρανός 2, 147 (*ω* k. *ου* ceteri). 5, 144 (*ω* k. Iunt. ap. Ziegl. et k. M. Iunt. ap. Ahr. ceteri *ου*).

ὤρεα 1, 115. 1, 123. 2, 49. 7, 87. 7, 92. 8, 2. *ὤρεσι* 7, 152. *ὤρεος* 4, 35 (*ου* e ap. Ziegl. et a. Y. ap. Ahr.) *ὤρεσι* 3, 46 (*ω* k. *ο* p. *ου* e Antt. ap. Ziegl. et *ω* k. s. 6. *ο* p. *ου* a. 23. D. M. Q[5]. Y. Antt. ap. Ahr.). *ὤρεος* 1, 77 (*ω* p. Call. *ου* e. k. Med. Ald. Iunt. ap. Ziegl. et *ω* p. v. Q. Call. Greg. *ου* k. a. 6. 16. D. M. P[5]. Y. Med. Ald. Iunt. ap. Ahr.). *ὤρεσι* 7, 111 (*ου* m. p. k et ante Wintert. ap. Ziegl. et *ου* k. a. p. 8. 9. Y. Antt. et ante Wintert. ap. Ahr.). Neque minus volgares formae *ὄρος, ὄρεος* etc. apud Theocritum leguntur quas pariter atque *κόρα, μόνος* Dores frequentabant.

δῶλε 5, 5 (*ου* e ap. Ziegl.). *δούλᾳ* 2, 94 (*ου* m. p. k. Antt. *ω* Comm. II ap. Ziegl. et *ου* k. a. p. 6. 9. 23. D. M[5]. Y. Antt. ap. Ahr.).

ὦς. 11, 32. *ἀμφῶες* 1, 27 quae vox solo hoc loco tradita est. Contra *ὠτός* 11, 32. 14, 27. *ὤτων* 5, 133 non doridi quae *ὤατος* vel *οὔατος* dicebat (cf. Ahr. diall. II. p. 247) sed dialecto atticae tribuenda sunt.

οὔνομα 7, 13 (*ου* p. k. *ω* volg. ap. Ziegl. et *ου* k. a. p. 6. Q. *ο* D. M. *ω* volg. ap. Ahr.).

μούνῃ 2, 64 (*ου* m. p. volg, *ω* k. superscr. a sec. *ȣ* ap. Ziegl. et *ου* k[4] volg. *ω* k[2] ap. Ahr.). Ceterum *μόνος* saepissime legitur.

ὦν. 5, 69. 5, 71. 8, 5. 8, 61 libris consentientibus. praeterea 8, 11 omnes praeter p. Contra 5, 21 et 14, 29 in omnibus *οὖν* extat; itemque *γοῦν* 11, 7.

βοῦς 9, 7 (*βῶς* libri). 8, 77 (*βῶς* libri). hic versus ex id. 9, 7 huc delatus est. *βοῦσιν* 9, 3 (*ου* k. Iunt. *ω* volg. ap. Ziegl. et *ου* k. v. D[5]. Iunt. Sch. 4. M. Eustath. *ω* volg. ap.

Ahr.). *βοῦκος* 10, 38 (*ου* p. k. m. *ω* volg. ap. Ziegl. et *ου* k. p. v^6. D^5. Eustath. 9^4. 9^2. *ω* volg. ap. Ahr.). *βουκαῖε* 10, 1. 10, 57. *βουκολέοντα* 7, 92 (*ου* m. p. k. et ante Wintert. ap. Ziegl. et *ου* p. D^5. L^5. M^5. Y. Q^5 volg. ap. Ahr.). *βουκολέοντι* 8, 1. *βουκολιαξῇ* 5, 44 (*ου* k. *ω* volg. ap. Ziegl. et *ου* k. $\overset{\eta}{\text{ου}}$ Q. *ω* volg. ap. Ahr.). *βουκολιάζεο* 9, 1 (*ου* m. k. *ω* volg. ap. Ziegl. et *ου* k. Sch. Gen., v. D^5. Call. *ω* volg. ap. Ahr.). *βουκολιάζεο* 5, 60 (*ου* k. *ω* volg. ap. Ziegl. et *ου* k. 8. D^5. Y. *ω* volg. ap. Abr.). 9, 5 (*ου* k. m. *ω* volg. ap. Ziegl. et *ου* k. 21. T. et Gregorii cod. Aug. D. M. v^1. *ω* volg. ap. Ahr.). *βουκολιασδώμεσθα* 7, 36 (*ου* m. p. k. *ω* Antt. ap. Ziegl. et *ου* k. a. p. 6. 8. 9. D^5. v. L. Q. Y. *ω* M. Antt. ap. Ahr.). *βουκολιαστάς* 5, 68 (*ου* m. k. *ω* volg. ap. Ziegl. et *ου* k. a. 8. 9. D^5. L^5. M. Y. *ω* (p. 6.) Q^5. Antt. ap. Ahr.). *βουκολικαί* 9, 28 (*ου* m. k. *ω* p. volg. ap. Ziegl. et *ου* k. 9. *ω* volg. ap. Ahr.). *βουκολικάν* 8, 32 (*ου* k. *ω* volg. ap. Ziegl. et *ου* k. v. 6. *ω* volg. ap. Ahr.). *βουκολικᾶς* 1, 20 (*ου* a. *ω* volg. ap. Ziegl. et *ου* a. 6. 16. D^5. Y. Q. *ω* D^b. volg. ap. Ahr. 1, 64 (*ου* k. et sic constanter in ephymniis. *ω* volg. ap. Ziegl. et *ου* hic et in ephymniis constanter k.; plerumque 5^5 exceptis versibus 63. 69. 72. 75. [79]. 112. semel P^5. Vs. 69, semel Y. Vs. 75. *ω* 16. D^5. M^5. Q^5. volg. ap. Ahr.). praeterea *ου* semper k. *ω* volg. ap. Ziegl. 1, 70. 1, 73. 1, 76. 1, 79. deinde 1, 84 (*ου* k. e. *ω* volg. ap. Ziegl.) 1, 89 (*ου* k. e. *ω* volg. ap. Ziegl.). 1, 94 (*ου* k. e. *ω* volg. ap. Ziegl.). 1, 99 (*ου* k. e. *ω* volg. ap. Ziegl.). itemque 1, 104. 1, 108. 1, 111. 1, 114. 1, 119. 1, 122. 1, 131. 1, 137. 1, 142 *ου* k. e. *ω* volg. ap. Ziegl. ubique. 1, 127 (*ου* k. *ω* volg. ap. Ziegl.). 7, 49 (*ου* m. *ω* volg. ap. Ziegl. et *ου* 6. 9. *ω* volg. ap. Ahr.). *βουκόλιον* 8, 39 (*ου* m. et ante Valck. Is *ω* ut p. k. ap. Ziegl. et *ου* a. 9. D^5. L^5. M^5. Q^5. Y. Antt. *ω* (k) p. s. 6. (8) ap. Ahr.). *βουκόλον* 4, 13 (*ω* libri ap. Ziegl. et *ου* M^5. Q^5. *ω* volg. ap. Ahr.). *βουκόλος* 1, 92 (*ου* Vat. 913. *ω* volg. ap. Ziegl. et *ου* a. 6. Call. *ω* volg. ap. Ahr.). 1, 105 (*ου* e. k. *ω* volg. ap. Ziegl. et *ου* k. a. 6. *ω* volg. ap. Ahr.). 1, 116

(*ου* e. k. *ω* volg. ap. Ziegl. et *ου* k. a. 6. *ω* volg. ap. Ahr.). 4, 5 (*ω* libri). 4, 37 (*ου* k. *ω* volg. ap. Ziegl. itemque ap. Ahr.). 5, 62 (*ου* m. k. *ω* volg. ap. Ziegl. et *ου* k. a. 6. 9. *ω* D^5. L^5. volg. ap. Ahr.). 6, 1 (*ου* m. k. *ω* volg. ap. Ziegl. et *ου* k. 6. 9. et Pindari sch. Rom. *ω* volg. ap. Ahr.). 9, 8 (*ου* m. k. *ω* volg. ap. Ziegl. et *ου* k. v. 6. 9. *ω* volg. ap. Ahr.). *βουκόλῳ* 8, 80 (*ου* m. *ω* volg. ap. Ziegl. et *ου* 6. 9 D^5. *ω* volg. ap. Ahr.). *βοῦται* 1, 80 (*ου* p. k. e. Med. Ald. Iunt. *ω* Call. ap. Ziegl. et *ου* k. a. p. s^6. 6. 16. D. M. P^5. Q^5. Y. Med. Ald. Iunt. Greg. *ω* Call. ap. Ahr.). *βούταν* 1, 113 (*ου* e. p. *ω* volg. ap. Ziegl. et *ου* 5^5. p. *ω* volg. ap. Ahr.). *βούτας* 1, 86. 6, 44 (*ου* m. k. *ω* volg. ap. Ziegl. et *ου* k. 9. *ω* volg. ap. Ahr.). 7, 73 (*ου* m. p. k. *ω* volg. ap. Ziegl. et *ου* k. a. p. v. 6. 8. 9. L. Y. *ω* volg. ap. Ahr.). Denique huc pertinet *Βουρίναν* 7, 6.

Sed de singulis nunc disputandum est. Atque inter dorica sine dubio habentur *ὦν* et *γῶν* quae rectissime omnibus Doriensibus tribuit Ahr. diall. II. p. 166 sq. Quare *ὦν* summo iure idem vir doctissimus Theocrito cum plerisque libris restituit itemque *γοῦν* quod semel legitur optime emendavit. Deinde *κῶρος* vel *κώρα* titulorum auctoritate firmatum habemus (quod Schneiderum Callim. hymn. 5 excurs. v. 42 fugisse videtur) quae forma quamvis non omnibus [1]) Doriensibus communis certe severiori doride abrogari non potest. cf. Ahr. diall. II. p. 161. Kramp. de dial. Lac. p. 44. G. Hey. de dial. Cretica (Dessaviae 1869) p. 26. Itaque dudum recte *κώρα, κῶρος* [2]) etc. quae libri plerumque tuentur Theocriti editores scripserunt. Deinde *ὠρανός* quod Alcaeo et Sapphoni ab Herodiano (cf. Ahr. diall. I. p. 93) vindicatum

---

1) *κούρα* (et *κόρα*) in doride mitiore. ita saepissime *κούρα* in titulis Cnidiis nr. 14. nr. 16. nr. 81. nr. 82 etc. apud C. T. Newton: A history of discoveries at Halicarnassus, Cnidus and Branchidae. London 1863. Vol. II. Part. II. p. 671 sqq.

2) Eademque apud Callimachum. cf. Schneiderum l. supra laudato.

adeo in fragmentis nobis servatis legitur (cf. Alcm. fr. 5 et testt. ap. Ahr. l. c.), doridi quoque Ahrens. assignat. Quamquam nulla omnino fides Gregorii Corinthii verbis p. 246 (et Meerm. p. 659) ed. Schaef. habenda est, quae certissime interpolata sunt [1]). Nam istius libelli paragraphi 36—64 ad Aristophanis Acharnenses referendae sunt qui neque *ὠρανός* neque *μῶσα* neque *κῶρος* (v. 731 optime *κορία κἀθλίω* legitur) dedit Megarensi. Apud Theocritum vero *ὠρανός* 2, 147. 5, 144 ex codicis optimi k auctoritate scribendum videtur.

Non minus recte Ahrens. *δῶλος* (cf. Ahr. II. p. 163) atque *ὦς* (cf. Ahr. II. p. 147) dorica esse statuit. Hoc enim Alcmani fr. 24 (61) probabili Bergkii emendatione restitutum est et confirmatur ab Hesychio: *ἐξωβάδια, ἐνώτια. Λάκωνες.* — *ὤασιν. ὠσίν.* — *ὤατα. ὠτία, ὦτα.* — *ὠατοθήσω ἀκούσομαι.* a Photio et Suida: *ὠατοθήσω, ἀκούσομαι Δωριεῖς.* ab Herodiano cuius locum Ahrensius l. c. descripsit. Illud fidem meretur propter Hesychii glossas: *δωλέν(ν)ετος, ὑπόβλητος.* — *δωλοδομεῖς, οἰκογενεῖς.* cf. etiam Hey. de dial. Cret. p. 25. Quare *ὦς* et *δῶλε* [2]) 5, 5 apud Theocritum rectissime cum libris leguntur; at 2, 94 *δούλᾳ* quod libri tenent vereor ne perperam sit traditum.

De ceteris vero mihi non tam firmum quam Schneidero (cf. eius editionem Callimach. p. 339) stat iudicium, qui cum ex Callimacho enumeret *βωλά. γώνατα. δῶλαι. κῶραι. λωτροχόοι. μῶνος. ὤρεσιν* haec excepto *βωλά* [3]) non ex ipsa doride petita, sed a poetis secundum analogiam ficta esse

---

1) Verum hoc esse demonstrabo in quaestione de Gregorii Corinthii libello *περὶ Δωρίδος* instituta quam statim post hanc dissertationem in lucem emittam.

2) Legitur *δῶλαι* apud Callimachum 5, 47. 6, 96 edit. Schneider.

3) Qua de voce cf. etiam Hey. dial. Cret. p. 25. in doride mitiore volgo *βουλά* dicebatur quamquam *βωλᾶς* in tit. Argivo. revue archéol. 1854. part. II. p. 577. sed *βουλά* saepissime alibi velut in tit. Sicelico (ann. 210 a. Chr.) corp. inscr. nr. 5491. *Βουλακράτευς* in tit. Cnidio nr. 43 etc. ap. Newton. l. c.

iudicat et sese Ahrensio assentiri confitetur. Is autem voces tantum ὦρος. μώνα. δώναξ. ὤνομα proscripsit, doridi optime vindicavit κῶραι et δῶλοι de quibus dixi atque λωτρόν (cf. Ahr. diall. II. p. 205 et addenda) e λόετρον contrahendo natum. Restant igitur apud Theocritum et Callimachum ὦρος. μώνα. ὤνομα. δώναξ (in idyllio non Theocriteo 20, 29 cf. Meinek. edit.). γώνατα quae cum de his aliunde nihil constet a poetis ficta esse possunt, at non debent. Quis enim hoc in tanta inscriptionum quae quartum ante Christ. nat. saeculum excedunt penuria pro certo affirmare ausit? Immo has formas qui vere doricas esse existimat ne exemplis quidem si qua reperiantur per ου scriptis refutatur, quia fortasse non omni doridi severiori (nam de mitiore in universum constat) sed apud nonnullos tantum in usu erant. veluti βῶς et χῶς quidem Argivi dicebant, quamquam mitiore utebantur doride, non item Epicharmus neque auctor tabularum Heracleensium. cf. Ahr. diall. II. p. 165 et addenda p. 565. Neque eo opinio nostra refellitur, quod poetae Alexandrini, Theocritum Bionem Moschum Callimachum dico, non ubique inter se consentiunt, quippe qui non unius regionis dialectum secuti sint, sed modo doricam admiserint vel severiorem vel mitiorem modo aeolicam et epicam pro sua quisque quam sibi constituerat lege ac norma.

Sed redeamus ad Theocritum apud quem magno librorum consensu ὤρεος etc. leguntur, recteque ea editores ubique scripserunt [1]). Dubitabant autem de μώνα et ὤνομα, quorum hoc abest a libris optimis k. p. aliisque nonnullis, illud tantum in cod. k. extat praestantissimo. Sed μῶνος [2]) cum dixerit Callimachus, epicam vocem μούνη prorsus reiciendam esse censeo. Contra ὤνομα quo aeque Callimachus abstinuit Theocrito contra libros meliores non imputaverim, quamvis ne hinc quidem absit erroris suspicio.

---

1) Eademque ap. Callimach. cf. Schneider. edit. Call. p. 339.

2) Callim. h. 5, 132. 6, 8. 6, 94. 6, 113 cum libris optimis. 5, 29. 5, 75 ab editoribus correcta.

Alia est autem quaestio, quo modo horum vocabulorum vocalem *ω* vel diphthongum *ου* natam esse existimes. Atque productio suppletoria statuenda est in hisce [1]):

κώρα e *κόρϝα* natum est. cf. *ἔθυσε τᾷ Κόρϝᾳ* in inscriptione fortasse Thessalica ab Oeconomida edita. cf. Allen. in Curtii studd. gr. Vol. III. p. 234.

ὦρος et *μῶνος* facta sunt ex *ὄρϝος* et *μόνϝος* cf. Curt. elem. etym. gr. p. 325 et p. 313.

ὤνομα ex *ὄ—γνο—μα* ortum esse optime docuit Curt. l. c. p. 299 et p. 676. Sed magna cum probabilitate a Boppio (vergl. Gramm. II. 194. 2. Aufl.) *ὦν* vel *οὖν* ad stirpem pronominalem quam dicunt skt. ava revocatum est, ita ut accusativus sit *οὖν* = avam. Videntur igitur Aeoles, Dores, Iones *οϝον* (cf. sclav. owo) in *ὦν*, Attici in *οὖν* contraxisse.

Cetera vero qua sint ratione orta non constat. De *ὦς* cf. Curt. l. c. p. 374, nam aut brevior stirps latet in nominativo aut ex *οὖας* coaluit. Cum *ὠρανός* bene comparatur skt. Varunas a stirpe var ductum; sed *ὠρανός* aut e *ϝορανός* transposito *ϝ* aut fortasse ex *ὀορανός* natum est. cf. Curt. l. c. p. 326 et p. 532. Fallitur autem Krampius de dial. Lac. p. 44 qui hanc vocem ex *ὀαρανός* ortum putat, cui obstat Lesbiacum *ὀρανός*. Denique *δῶλος* ad stirpem skt. da relatum comparato skt. dâsa—s e *δόσυ—λο—ς* natum esse putatur. c. Curt. l. c. p. 220.

Sed restant alia nonnulla paucis absolvenda. Atque primum de *βῶς* dicendum est productione suppletoria e *βόϝ-ς* (cf. lat. bōs = bov-s. gen. bov-is) nato. Apparet autem ex iis quae Ahrensius (diall. II. p. 165 et addend.) collegit testimoniis, quamvis in universum Dorienses *βοῦς* dixerint, tamen *βῶς* non ab omni doride abiudicandum nec plane spernendum esse. Qua de causa quaeritur num apud Theocritum *βῶς, βωκόλος βώτας* etc. cum libris scribenda sint: in quibus ratio haec inter *ω* et *ου* intercedit.

---

1) Ea tantum curavi quae apud Theocritum leguntur.

ου : *ω*

libri meliores vel omnes.

6 : 5

liber k.

42 : 9

liber p.

8 : 43

liber m (vel e ubi m deest).

35 : 16.

Fluctuant libri meliores quadragies. His numeris accedunt testimonia Eustathii 1627, 30 et s. n. 982, 63 *βοῦσιν* (id. 9, 3) atque 962, 12 *βοῦκος* (id. 10, 38). Gregorii Corinthii *περὶ Δωρίδος* § 77 *βουκολιάζεν* (id. 9, 5) in optimo cod. Augustano. atque § 11 *βοῦται* (id. 1, 80). denique Scholl. Pindar. Ol. 4, 38 *βουκόλος* (id. 6, 1) Rom. ap. Boekh.

Itaque summo iure editores *βώτας, βωκόλος* similia sprevisse clarum est. Sed minus certe de *βῶς* [1]) 9, 7 (et 8, 77) iudicare licet, quamquam vereor ne *βῶς* a grammaticis doridem nimis affectantibus interpolatum sit. Neque abest suspicio quin eos praecedens illud *βῶς* 8, 48 e *βόας* rectissime contractum in errorem induxerit.

Deinde *πουλύ* 15, 30 haud dubie corruptum est. Perbene Buechelerus comparativi notionem: „zu viel" desiderat poetamque scripsisse suspicatur: *μὴ πλεῖον, ἄπληστε.*

Denique *ὥνεκα* 11, 30 in solo k legitur, at versu sequenti v. 31 et idd. 3, 32. 7, 82 omnes *ου* tuentur libri itemque *οὕνεκεν* 7, 43. Ahrensius excepto carm. VII *ω* ubique restituit; et recte fortasse; nam *ὥνεκα* cum sit ex *ῶ* (= *οῦ*) *ἕνεκα* contractum dialecto qua Theocritus usus est solum respondet. Quod autem eandem vocem Ahrensius non est ausus carmini VII vindicare, ea de re alio loco dicetur.

---

1) Cf. *βῶν* ap. Callimach. h. 6, 109 et Schneider. adnot. p. 390 sq.

B.

Aeolicam [1]) dialectum

Theocritus admisit (cf. Ahrens. diall. I. p. 71.)

1) in participiorum praes. et aor. II. act. femininis [2]) quorum terminatio *οισα* (dor. sev. *ωσα. ωα.* mit. *ουσα*) productione suppletoria ex *ονσα* nata est; non vero *ν* ut volgo ferunt in *ι* mutatur. cf. Io. Schmidt. Zur Geschichte des indogerm. Vokalism. 1. Abth. p. 112.

Librorum autem condicio est haec:

οι : *ου*
libri meliores vel omnes.
34 : 2
liber k.
42 : 8
liber p.
43 : 7
liber m (vel e ubi m deest.)
43 : 7.

Fluctuant libri meliores terdecies. — Quare recte editores ubique *οισα* restituerunt.

2) in singulis hisce:

μοῖσα e *μόνσα* = *μόντια* ortum. cf. Curt. l. c. p. 292. Librorum condicio est haec:

οι : *ω* (raro *ου*)
libri meliores vel omnes.
8 : 1
liber k.

---

1) Nullo omnino iure eam doricam dicit Fritzschius ed. II. min. Doris p. 283.

2) Itemque Alcman. (cf. Kramp. dial. lac. p. 8.) Pindarus (cf. Peter. dial. Pind. p. 18 et p. 57). Callimachus hymn. V, 21, 25, 71, 93, 141. VI, 46, 66, 80, 81, 119, 123, 139 plerumque cum libris.

18 : 18 [1])

liber p.

11 : 25 [2])

liber m (vel e ubi m deest.)

35 : 1.

Non est igitur dubium quin *οι* sit ubique restituendum. Quam rem cum viri docti dudum intellexerint valde miror Ahrensium semel *μῶσα* 10, 24 (*ου* p. *ω* volg.) scripsisse; quod cur fecerit equidem nescio.

Contra doridem mitiorem vel linguam volgarem Theocritus secutus est in hisce: *μουσικός* 10, 23. *μουσίσδει* 8, 38 (*ω* 6. ap. Ahr.). *μουσίσδων* 11, 81. *φιλόμουσος* 14, 61 (*ου* p. k. *ω* volg. ap. Ziegl. et *ου* k. a. p. v. 6. 23. pr. D^5. L. Y. Iunt. Stob. *οι* $D^{2.\,3}$. *ω* 23. L. sec. volg. ap. Ahr.) qua in re plane consentit cum Pindaro. cf. Peter. de dial. Pind. p. 18.

Denique legitur *Ἀρέθοισα* 1, 117 in libris omnibus. Apud Pindarum vero libri *Ἀρέθουσαν* tenent. cf. Pet. l. c.

§ 8.

de *η* aut *ει* productione suppletoria natis.

Paullo facilior est quaestio, utrum in vocibus quarum *η* vel *ει* (*η* in dor. sev. et *ει* in mit. cf. Ahr. diall. II. p. 153 sqq. Kramp. dial. lac. p. 44 sqq.) productione suppletoria nata sunt, Theocritus severiorem secutus sit doridem aut mitiorem, an fortasse modo hanc modo illam certa usus lege admiserit. Quare exempla quae leguntur omnia enumerem necesse est. Atque hic in censum vocanda sunt

1) participia (nam adiectivorum nullum novi exemplum) quorum terminatio *εις* ex *εντς* nata est: *ἀποκλινθείς* 3, 38. *μανείς* 5, 16. 14, 9. *διασχισθείς* 8, 24. *ἐρασθείς* 14, 53 atque feminina *γαμεθεῖσ'* (fortasse *δμαθεῖσ'* legendum est cum Ahrens.) 8, 91. *ἐνεῖσα* 11, 66. *ἀνεῖσαι* 15, 134 quorum *εισα*

---

1) 14 in solo carmine I }
2) 20 in solo carmine I } neque Theocritum in id. I *μῶσα*, in ceteris omnibus *μοῖσα* dixisse persuasum habeo.

syllaba finalis ex ενσα (=εντjα) orta est. Praeterea εἷς (=ἕνς) et οὐδείς hic nominanda sunt. leguntur: εἷς 7, 71 (ἧς a. L. ap. Ahr.). 7, 72 (ἧς a. L. ap. Ahr.). 7, 125. 11, 33 [1]) (ἦς a. e. s. ap. Ziegl. et ἧς v¹. L⁵., ἧς Y., ἦς a. s. v². 16. ap. Ahr.). οὐδείς 15, 47.

2) voces quae littera σ eiecta vocalem ε producunt.

a) adiectiva in εινος (= εσνος) exeuntia. αἰπεινάν 15, 101. ποθειναί 15, 104.

b) aoristus I act. verborum liquidorum κάμφιστειλαμένα 2, 74. (ἔστειλα = ἔστελ—σα).

c) verbi εἰμί formae nonnullae: εἰμί (= ἐσ—μί) 4, 30. εἰμές 2, 5 (ἐσμὲς m. p. Wech. εἶμες k. ap. Ziegl. et εἶμες k. ἔμμες 9⁴., ἐσμές p. 9⁵. ap. Ahr.). 15, 73 (ει k. η e. m. ω p. ap. Ziegl. et ει k. η a. 6. 9. M. L. ω p. ap. Ahr.). 15, 89 (η e. ap. Ziegl. et η 6. M. Y. ῃ 23. ap. Ahr.). 15, 91 (η e. ε m. ap. Ziegl. et η 6. 16. 23. M. Y. ap. Ahr.). ἦμεν (= ἐσ—μεν) 2, 41 (ει d. et schol. 4. ap. Ahr.). 4, 9 (ει p. k. ap. Ziegl. et ει k. p¹. p⁴. Q. η volg. ap. Ahr.). 7, 86 (ει p. k. ap. Ziegl. et ει k. p¹. p². p⁴. Q. 3. η volg. ap. Ahr.). 7, 129 (ει p. k. ap. Ziegl. et ει k. p. Q. η volg. ap. Ahr.). 8, 73 (ει p. η volg. ap. Ziegl. et ει p. C. Q. η volg. ap. Ahr.). 11, 50 (η k. volg. εἶναι p. ap. Ziegl. itemque ap. Ahr.). 11, 79 (ἦμες m. volg. εἶναι e. p. k. ap. Ziegl. et ἦμεν 6. 16. Y. ἦμες (9) Antt., εἶναι k. a. p. v. D⁵. L. M. Q. ap. Ahr.). 14, 6 (ει a². ap. Ahr.), 14, 25. παρῆμεν 2, 116.

Videmus igitur praeter formas verbi εἰμί a codicibus melioribus η omnino non commendari. Sed ne illi quidem verbo η esse vindicandum facile tibi persuadebis. Nam et hic libri optimi k et p saepius [2]) ει quam η exhibent. Apparet

1) Fritzschius h. l. ed. II mai.: »Scripsi autem ἧς .... quia ori Polyphemi πλατειάζοντι haec forma videtur esse consona.« Quam opinionem ineptissimam (neque libris optimis firmatam) alii quoque amplexi sunt.

2) k. habet ει octies. η sexies. semel εἶναι 11, 79.
p. habet ει septies. η quater. bis. εἶναι 11, 50. 11, 79. ἐσμές 2, 5. ὦμες 15, 73.

autem scripturam per η nihil esse nisi errorem librariorum qualis in sat multis quae nusquam apud Dorienses η assumunt formis deprehenditur veluti 4, 4 φυλασσῇ k. (= φυλάσσει). 4, 48 ἄπη k. (= ἄπει). 4, 53 λεύσσης e. (= λεύσσεις). 6, 16 φρύγη m. k. (= φρύγει). 7, 21 ἕλκης k. (= ἕλκεις). 7, 54 ἴσχη m. k. (= ἴσχει). 15, 31 ἄρδης e. (= ἄρδεις). 15, 35 πρέπη e. (= πρέπει) etc. Ceterum quam proni in hoc vitium librarii fuerint ea quoque patefaciunt quae de vocalibus εε contrahendis deque adverbiis in ει cadentibus dicemus. Etenim η doridis severioris sive productione sive contractione natum Theocrito prorsus abrogandum est. Quare ἦμεν, παρῆμεν similia cum ne libris quidem optimis satis firmentur certissime cum Ahrensio abicienda sunt. Quae cum ita sint non mirabere in nonnullis quae η in doride severiore tenent apud Theocritum semper ει legi veluti χειρός 2, 139. χεῖρας 7, 104. χεῖρα 10, 55. Νεῖλος 7, 114. cf. Ahr. diall. II. p. 159 sqq. De aliis vero ut χήλια. κῆνος. πῆ. αἰή a Theocrito aeque alienis postea dicetur.

§ 9.

de αἰ. αἴθε etc. κίπειρος simm. αὖλαξ. εἰκυῖα. εἴκω.

Reliquum est ut nonnulla in disceptationem vocemus partim doridi universae partim severiori aut mitiori propria. Atque ad omnes[1]) Dorienses pertinent αἰ, αἴθε etc. quae Iones et Attici more suo α in ε mutantes εἰ, εἴθε etc. pronuntiabant. Utrumque autem apud Theocritum in libris manu scriptis iisque optimis legitur; ita habes: αἰ 1, 10. 1, 23. 2, 159. 5, 20. 5, 55. 5, 64 (ἂν D. ap. Ahr.). 5, 150. 8, 33. 8, 43. 8, 47. 8, 85. 11, 50 (ἂν D. (corr. D^b.) et Q. ap. Ahr.). 11, 56 (ἂν D. (corr. D^b.) ap. Ahr.) αἴκα 1, 4. 1, 5. 1, 9. 1, 61. 5, 21. 7, 55. 11, 61. (εἴτε κα k. ap. Ziegl. et Ahr. εἴτε καὶ

Contra m (vel e ubi m deest) habet ει bis. η undecies. semel ἐσμές 2, 5. semel ἐμές 15, 91.

1) Cf. Ahr. diall. II. p. 380. Arens. de dial. Sicula p. 44. Kramp. de dial. Laconica p. 37.

v. ap. Ahr. ceteri αἴκα). καἴκα 3, 27 (e. p. k. κῆκα volg. ap. Ziegl. et καἴκα k[4]. a. p. s. 6. 23. Q[b]. καίκα k[2]. M. Q[3]. κῆκα 23 sec. volg. ap. Ahr.). αἴκ' 5, 51. 11, 73 (αἴθ D. ap. Ahr.). αἴπερ 8, 37. αἴτε . . . . αἴτ' 5, 74, 75. αἴθ' 5, 62 (αἴκ' D. ap. Ahr.). 7, 86. Contra εἰ extat: 2, 34. 2, 124. 2, 126. 2, 127. 3, 28. 4, 48. 5, 35. 5, 78. 5, 147. 7, 4. 7, 50. 7, 109. 8, 10. 11, 81 (k. schol. volg. omissum). 14, 58. 14, 65. 15, 70. 15, 89. κεἰ 7, 106. (κῆν libri ap. Ziegl. κεἰ s. F. κῆν volg. ap. Ahr. κεἰ emendavit Ahr.). 14, 50 (κῆ Call. ap. Ahr.). εἴθ' 4, 49 (αἴθ' M[5]. ap. Ahr.). εἴθε 4, 20 (e. p. k. ap. Ziegl. et αἴθε w. M[5]. εἴθε k. a. p. 6. D[5]. Y. Antt. ap. Ahr.). εἴτ' . . . . εἴτε 1, 123, 124. 7, 105. εἴτε . . . . εἴτε 2, 44. κεἴτε . . . . εἴτε 2, 150 (κεἰτέ k. m. κῆτέ Iunt. Call. κῆτε volg. ap. Ziegl. et κεἴτε k. a. p. κῆτε volg. ap. Ahr.).

Atque poetam in uno eodemque saepe carmine modo doricam modo volgarem admisisse formam quis est qui credat? Quae res cum in carmina cadat bucolica non tamen cadit in mimica (2. 14. 15) in quibus εἰ legitur terdecies, αἰ semel tantum 2, 159. Videtur igitur poeta in hoc idylliorum genere εἰ volgare praetulisse ne a doride quidem aetatis suae alienum. cf. Ahr. diall. II. p. 380 [1]). Quid vero statuendum est de carminibus bucolicis quorum ratio est haec inter αἰ et εἰ intercedens: 26 : 16? Atque omne εἰ ne expellendum esse iudicem me vel maxime impedit quod fere constanter aut εἰ libri tenent aut αἰ sine ulla lectionis varietate. Itaque satis nunc erit movisse tantum suspicionem, cum in tanta librorum depravatione, nisi meliores aperientur fontes, pleraque sint incerta et admodum dubia.

At certius iudicare licet de κύπαιρος, ὄναιρον similibus

---

1) Cf. praeterea εἴ τίς ἐστι in tit. siculo corp. inscr. nr. 5594 (»qui ante romanam dominationem positus videtur«). — εἴκα μὲν ἀποδῶ . . . . εἰ δέ κα μὴ ἀπ(ο)δῶ nr. 88. εἴκα . . . . εἴκα δὲ nr. 89. εἴτε . . . . εἴτε nr. 92 in titt. Cnidiis ap. Newton l. c. eademque in titulis recentioribus semper leguntur, plerumque in doride mitiore post Alexandrum magnum.

quae cum doridis tantum severioris vel antiquioris fuisse perquam sit probabile (cf. Ahr. diall. II. p. 186. Kramp. dial. lac. p. 37), nemo volgares formas apud Theocritum legi mirabitur. ita *κύπειρος* 1, 106. 5, 45. *ὀνείρῳ* 9, 16.

Neque male se habet *αὔλακος* 10, 6 quamquam doricum esse dicitur *ὦλαξ* in Etym. Magno (cf. Ahr. l. c.) quae vox cum aliunde nihil constet nimis incerta est. Contra haereat aliquis dubius utrum *εἰκυῖα* 15, 110 quod semel legitur cum libris optimis scribendum sit an *εἰκεῖα* cum codice A (Reg. nr. 2596 bombyc. saec. XV.) quam terminationem plerisque Doriensibus assignavit Ahrens. diall. II. p. 331. Verum tamen cum non saepe in inscriptionibus legatur neque quam late illa apud Dores pateat cognitum habeamus, nihil mutandum esse censeo. Accedit quod Byzantinorum temporibus itacismo in dies magis ingravescente *υι* haud raro in *ει* mutatum est, qua ratione lectionem cod. A ortam esse facile credas. cf. La Roche. Die homer. Textkritik. p. 154 sq. et O. Schneider. Callimach. praefat. p. XVII. sq.

Restat denique verbum *ἥκω* quod a Theocrito rectissime videtur Ahrensius abiudicasse.

Leguntur: *ἡξῶ* [1]) 4, 47. *ἥξεῖς* 15, 144. *ποθίκει* 2, 4 (*ι* k. *η* volg.). Sed *ἥκω* a Doriensibus prorsus alienum est. cf. Ahr. diall. II. p. 183 sq. p. 344 sq. et addend. p. 586. Qui cum aut *ἵκω* dixerint aut *εἵκω*, quaeritur utra sit forma poetae nostro restituenda. Atque *ἵκω* legitur apud Pindarum (qui tamen Homerum fortasse secutus est), in Aristophanis Acharnensibus ac Lysistrate et confirmatur ab Hesychio: *ἵκαντι. ἵκουσι.* cf. Ahr. l. c. p. 183 sq. Contra *εἵκω* libri tenent apud Epicharmum titulique Tithorensis nr. 2 qui ad aetatem Theocriteam prope videtur accedere (cf. Ahr. diall. II. p. 585 sq.) et Aeginet. 2140 b. purae doridis specimen. (cf. Ahr. p. 344). Itaque non male videtur Ahrens. *εἱξῶ* etc. Theocrito vindicasse, praesertim cum *ει* et *η* in libris nostris saepenumero commisceantur.

---

1) Apud Callimachum legitur *ἥκω*. cf. *ἥξεῖ*. 5, 50. 6, 124. *ἧκε* 6, 21.

§ 10.

de diphthongis correptis.

Ut Lesbii saepissime ita Dorienses quoque haud raro *ἰῶτα* quod alteram diphthongi partem efficit ante vocalem sequentem omiserunt. cf. Ahr. diall. II. p. 187 sqq. Arens. de dial. Sic. p. 16. Curtium: über die sprachliche Ausbeutung der neu entdeckten delphischen Inschriften in libro inscripto: Berichte der sächs. Gesellsch. d. Wissensch. Vol. XVI. 1864. Heft II. p. 216 sqq. Eiusmodi autem satis multa leguntur apud Theocritum secundum libros et metri rationes: *ἁδέα* 3, 20 qui tamen versus ex id. 27, 4 pessime huc translatus est. *εὐρέα* 7, 78. at id. 1, 65 iis assentior qui repudiata ineptissima illa lectione *ἁδέα φωνά*, licet eam optimi tueantur libri, *ἅδ' ἁ φωνά* legendum esse existimant. Praeterea semper *πλέον* 1, 20. 2, 79. 2, 106. 3, 46. 5, 71, 80. 8, 17. 15, 36. *πλέων* 11, 61. *πλέα* 5, 59. — *ποέω* [1]) prima ubi syllaba brevis est velut 10, 38 *ποέων* (*ποῶν* e. m. p. k.) ita enim scribendum. cf. § 14. II. b. *ποεῖτε* 10, 25. *ποεῦντα* 6, 31. *ποησεῖς* 3, 9. 3, 21. *ἐπόησα* 8, 18 quae omnia tenet optimus liber k rectissimeque dudum Ahrens. restituit. *ἀεί* 1, 18. 14, 10. denique singula haec: *Κάρνεα* 5, 83 pro volgari *Κάρνεια*. — *χαλκέον* 2, 36 pro *χαλκεῖον* ex optima Ahrensii emendatione (cf. eius edit. II. praef.); libri *χάλκεον*. — *ἔκλαεν* 14, 32 (ita libri meliores omnes. pauci tantum nullius omnino fidei alia praebent ut *ἔκλᾳεν* 6. *ἔκλα* 23. L. ap. Ahr.) pro *ἔκλαιεν* iniuria a viris doctis temptatum; neque illud pro aoristo accipiendum erat.

Sed multo saepius diphthongos legimus non correptas. Ita praeter locum 7, 78 antea memoratum constanter *ἁδεῖα. βαθεῖα. βαρεῖα. δριμεῖα* etc. *ποεῖ. ποεῖν. ἐποίησας* etc. prima ubi syllaba longa est; libri ubique diphthongum tenent.

---

1) Item poetae scenici. cf. Wecklein. curae epigraphicae. Lipsiae 1869. p. 53 sq.

— υἱός 14, 24 quae vox ultimum hexametri pedem efficit. praeterea ποΐα (herba) 5, 34. 6, 44. 8, 68 metro flagitante. αἰετοί 15, 124. ἐλαΐας 4, 44. αἰεί 5, 113. 8, 87 (ἀεί p. k.). 11, 37. 15, 105 (p. k. ἀεὶ m. e. volg.). cf. Ahr. diall. II. p. 189. quae etiam ἀρχαίᾳ ἀτθίδι propria fuerunt. cf. Wecklein l. c. p. 63 sqq. αἰέν 2, 151 (οὕνεκ' Vat. 913. s.). 15, 10 (αἰεὶ e. p. k.). 15, 26. (cf. Ahr. diall. II. p. 379.) alia permulta id genus quae omnia enumerare longum est.

Sed tria suum hic locum habeant vocabula: doricum κρέσσον 8, 83 (cf. Ahr. diall. II. p. 188 sq.) nam κρέσσων e κρείσσων, κρετ-jων antiquiore ortum est. cf. Curt. l. c. p. 632. — ζοοί 2, 5 (ζωοί m. p. k. Call.) pro volgari ζωοί quae forma legitur 4, 42 ζωοῖσιν. 7, 79 ζωόν. 7, 86 ζωοῖς de quibus dixit Allen. de dial. Locr. p. 234. cf. praeterea Ahr. l. c. et addend. p. 566. Atque eodem certe modo natum est πρόαν e πρώαν. exempla congessi § 4. a. — de praepositione εἰς vel ἐς alio loco dicetur.

Verum a dialecto Doriensium in universum aliena sunt: ἠγνοίησεν 7, 14 (cf. Hom. Il. 1, 537. Od. 5, 78 eadem versus sede). εἴαρος 7, 97 (sed ἔαρ 8, 41. 9, 34?). πλεῖος 9, 33. νεικείουσ' 1, 35. χρύσει' [1]) 15, 114. (sed χρύσεοι 10, 33. cf. § 12.) quae Theocritus sine dubio e lingua epica repetiit. cf. εἴαρος hymn. in Cerer. 174. πλεῖος δόμος Od. 4, 319 eadem versus sede qua ap. Theocritum. νεικείειν . . . . . ἐπέεσσιν Il. 2, 277. 4, 241. 15, 210. χρύσειος saepissime apud Homerum. At formam ποτιδεύομαι (δεύεσθαι saepe ap. Homer.) 5, 63 a doride non abiudicaverim propter Sophronis δευομένα fr. 92.

Quibus adnumerentur alia nonnulla quae Theocritus e sermone poetarum epicorum sumpsit veluti εἴριον 5, 50 (at ἔριον 5, 26. Ap. Hom. semper εἴριον. semel ἔριον Od. 4, 124) εἰροπόκων 8, 9 (cf. Od. 9, 443 εἰροπόκων ὀΐων eadem vers. sede). ὑπείροχος 7, 28, 94 (cf. Il. 6, 208. 11, 783 eadem

---

1) Quamquam χρυσείῳ est in tit. dorico ap. Keil. in Philologo XI. 1856. p. 300.

vers. sede). ἀνειρύσσασα 14, 35 (εἰρύω saepissime ap. Hom.). εἴδατα 15, 115 (ita semper ap. Hom. nunquam ἔδαρ). denique ξεῖνα 2, 154. ξείνοιο 2, 162. ξεῖνον 7, 119. ξεινήϊον 7, 129 (at ξένε 5, 66. ξένον 5, 78. ξένος 11, 61) quam formam Doriensium Rhodii tantum tenuisse videntur. cf. Ahr. diall. II. p. 190.

Caput IV.

de vocalibus brevibus.

§ 11.

de α pro volg. ε.

Non magna est vocabulorum quae α tenent antiquum pro volgari ε apud Dorienses copia. cf. Ahr. diall. II. p. 113 sqq. Kramp. de dial. lac. p. 26 sqq. Arens. de dial. sicul. p. 15 sq. Allen. de dial. Locrens. p. 218 sqq. Eorum autem pauca tantum Theocritus videtur recepisse. Qua in re linguam volgarem vereor ne minus secutus sit quam ipsam suae aetatis doridem ad formas in dies magis delabentem atticas[1]).

---

1) Ita extat στρέψαι in bona inscr. Corcyraea nr. 1838 saeculi ante Chr. nat. ut videtur tertii (cf. Ahr. diall. II. p. 12) et in Rhodia nr. 2905 inter Ol. 140—155 exarata. ποθίερον in titulis Tithorensibus I et II non post secundum ante Chr. nat. saec. conscriptis iudice Ahrensio (quem cf. diall. II. p. 585 sq.). ἱερόθυτα in inscr. Sicula nr. 5491. corp. inscr. (anno 210 ante Christ. n. conscripta). ἱερά v. 70. ἱερόν v. 54. 63 in tit. Siculo corp. inscr. nr. 5594 (»titulus ante Romanam dominationem positus videtur«). ἱεροθυτήσαντα in bona inscr. Rhodia ap. Foucart. revue archéol. 1865. part. I. p. 218 sqq. et ita fere semper in titulis recentioribus veluti Cnidiis (ap. Newton l. c.) qui ad aetatem Romanam paene omnes pertinent. cf. nr. 23. 81. 82. bis tantum inveni ἱαρός nr. 36. — Quin etiam apud Lacones ἱερός recentissimis invaluit temporibus cf. Kramp. dial. lac. p. 27. Nam in doride mitiore hanc vocalium permutationem prius obtinuisse consentaneum est.

Contra in titulis antiquissimis (in foedere inter urbes Chaleum

Leguntur autem formae volgares haece: Ἄρτεμι 2, 33. Ἀρτέμιδος 2, 67 (itemque ap. Callimach. h. 5, 110 Ἀρτέμιδος). ἱερόν 1, 69. 2, 121. 5, 22. 7, 136 ubique ι vocali producta et καλλιερῆσαι 5, 148 (cf. Callim. ἱερός h. 5, 3. 5, 76. 6, 20. 6, 41. 6, 50 itemque Pindar. cf. Peter. dial. Pind. p. 16). τρέπε 2, 163 (cf. Call. ἀπότρεπε h. 6, 49) verum ἀνετράπετο 8, 90 haud dubie aoristus est. τρέχων 2, 115 (cf. Callim. διαθρέξασα h. 5, 23. at τράχω Pindar. cf. Peter. p. 16 l. c.). θρέψαι 5, 38 bis (cf. Call. ἔτρεφε 6, 109. at τράφω Pindar. cf. Peter. l. c.). τρέφεται 8, 42. τρέφω 11, 40 (α in solo cod. T. saec. XIV. e quo τράφω Ahrens. in textum recepit).

His adversantur: ἔτραφε 3, 16 (α e. Call. ε p. k. Med. Ald. Iunt. ap. Ziegl. et α (a. 6.) 5. M5. Call Stob. Ars. ε k. p. s. 23. D5. Q. Y. Med. Ald. Iunt. ap. Ahr.). ἔτραφεν 9, 23 (α m. Valck. ε antea ap. Ziegl. et α 6. 9. L5. M5. ε k. a. p. D5. Q5. Y. Antt. ap. Ahr.) neutro loco aoristum agnoscere licet. denique ἔτραχον 2, 147 (α k. ε volg. ap. Ziegl. et α 23. M. et sic vel ο k2. ε volg. ap. Ahr.) quae quamvis non satis tueantur libri manu scripti, editores tamen non dubitabant recipere. Sed non video in eodem carmine cur Theocritus parvo spatio intermisso modo τρέχων dixerit modo ἔτραχον. neque ἔτραφε (3, 16. 9, 23) maxima caret suspicione, quippe cum facillime librarii interpolare aoristum potuerint, idque factum esse eo fit probabilius quod ubicunque non est imperfectum ε vocalem omnes tenent libri praeter cod. T. (id. 11, 40) nullius omnino fidei.

Deinde γέ ubique legitur in libris optimis vel omnibus 1, 63, 95, 139. 2, 20. 3, 8, 27. 4, 14 (τε p.). 4, 53 (τε aut γε libri). 4, 60. 5, 14. 5, 148 (γέ με recte scripsit Schaefer. quem plerique secuti sunt. γ' ἐμέ aut γέ omissum in libris). 7, 149, 151. 10, 11. (itemque Callim. h. 5, 132). Contra do-

---

Oeantheamque icto [Oz] et in tit. Hypocnemidiorum [Hyp.]: quae inscriptiones ad V ante Christ. n. saec. pertinent. cf. Allen. dial. Locr. p. 112) plura etiam antiquitus tradita leguntur ut ἀμάρα Oz. 5. Hyp. 33. 42. ἀνφόταρος Hyp. 39. ϝεσπάριος Hyp. 10. πατάρα Hyp. 36. φάρειν 5, 10.

ricam poeta adhibuit formam pronominibus adnexam [1]) veluti τύγα 5. 69. 5, 71 (utroque loco τύγε tantum in codd. s. 6. ap. Ahr.). 1, 148 (α k. Med. Iunt. ε e. p. Ald. Call. ap. Ziegl. et α k. 6. Q^5. Med. Iunt. ε (a. p.) 16. D. M. P. Y. Ald. Call. ap. Ahr.). ἔγωγα 11, 25 legitur modo in codd. a. 9. v. ap. Ahr. poetae ab editoribus optime restitutum. Ceteri vero loci admodum incerti sunt. id. 10, 34 ἤ τύγε μᾶλον plerique cum parte librorum scribunt; at totus hic locus cum maximis laboret difficultatibus nondum certa ratione emendatus est. Neque minus corrupta sunt quae 11, 60 leguntur νῦν αὐτόγα νεῖν γε μαθεῦμαι atque 3, 28 ὅκα μοι μεμναμένῳ (ὅτ' ἔμοιγε μεμ— cod. optim. k.) quos locos variis modis viri docti alius alium improbans sanare studuerunt. Contra 5, 77 haud dubie τὺ δ' ἄγαν (ita k. volg. τύγε μὰν m. p. ap. Ziegl. et τὺ δ' ἄγαν k. a. 6. sec. 8. volg. τύ γε μὰν p. s. 6. 9. Q. ap. Ahr.) cum Meinekio Fritzschioque scribendum est antecedenti ἐγὼ μὲν optime respondens.

Volgares denique formae leguntur adverbiorum quae a praepositionibus derivata volgo θεν vel θε, dorice θα (nec non θεν) syllaba terminantur, siquidem loci aut temporis quo aliquid est aut agitur notione sunt praedita veluti πρόσθε 2, 141. 8, 54. ὕπερθε 7, 135. cf. Ahr. diall. II. p. 366 sq. [2]).

---

1) Recte iudicavit Ahr. diall. II. p. 256. non recte Weylius. lexici Theocritei specimen (progr. gymn. Kneiphofiani Regimontani 1851) p. 4. ceterum cf. Hesychium: ἰώγα, ἔγωγε. Βοιωτοί. neque ἐγώγα doridi abrogandum.

2) De hoc adverbiorum genere non recte mihi Ahrens. videtur iudicasse. Nam πρόσ-θεν. ὄπισ-θεν (per θεν formatum, non per σθεν.). ἔνερ-θεν similia cum prorsus eandem habeant et terminationem atque οὐρανό-θεν. ἄλλο-θεν etc. et notionem »unde«, quae nunquam, (licet antiquitus illa iam acceperint »ubi« significatum) apud Graecos evanuit, valde mirum est Dores πρόσθα et πρόσθεν etc. non vero οὐρανόθα. ἄλλοθα etc. dixisse. Atque cum illis si ἔν-θα et ἔν-θεν., ἐνταῦ-θα et ἐντεῦ-θεν quorum θα et θεν significatu diversissima sunt comparamus, eadem plane inter πρόσθα (cui terminationi rectissime Ahrens. notionem »ubi« vindicavit) atque πρόσθεν

Contra sequitur doridem poeta in hisce: πιάξας 4, 35. στραφθέντες (cf. ἐστράφθην Sophr. 78) 7, 132 nisi quod codices nonnulli (inter quos m. et p.) aor. II. στραφέντες exhibent metro adversante. — σκιαραῖς (itemque Pindar. cf. Peter. p. 15) 7, 138 (α p. k. ε volg. ap. Ziegl. et α p. Q. ε volg. ap. Ahr.). extat etiam in lemmate schol. k. ap. Ziegl. Praeterea ποκά (itemque Callimach. cf. Schneider. ed. p. 369) 1, 66. 2, 45. 2, 115. 5, 5. 7, 73. 8, 15. 10, 23. 10, 32. 14, 9. 15, 44. πόκα 4, 7. τόκα 2, 67 (ποκα libri). 7, 154. ὅκα 1, 24 (ποκα libri nonnulli). 1, 66. 3, 40. 4, 27. 5, 133 (ὅκε p.). ἄλλοκα — ἄλλοκα 4, 43. ἀλλ' ὁκὰ μὲν — ἄλλοκα δὲ 1, 36, 37. 4, 17, 19. ita enim scribendum; optime Meinekius adnot. id. 1, 36: „Mirum est dubitari potuisse utrum hic et 4, 17 ἄλλοκα cum libris an praeeunte D. Heinsio ἀλλ' ὅκα sive cum Schaefero ἀλλ' ὁκὰ scribendum esset. Codicum consensui (quamquam 1, 36 ἀλλ' ὅκα p^a et v^a? ap. Ahr.) in tali causa nihil tribuendum. Quod Kiesslingius dicit in oratione concitatiore facile careri particula non cadit in hunc locum." Neque minus recte 5, 118 legemus μέμναμ' ὅκα μάν ποκα quo ducunt praeter k. libri optimi p. ὅκκα μάν ποκα et m. ὅκα μέν ποκα ducta per ποκα transversa linea (cf. edit. Ziegl.) et schol. k. ap. Ziegl. γράφεται ὅκα μάν ποκα τὶν τοι δήσας. cf. Meinek. ed. III. h. l. et Ahrens. in Philologo Vol. VII. p. 444. Contra legitur ὅτε 7, 108 (et ὅτ' 7, 54); sed in eodem carmine cum ποκά v. 73. τόκα v. 154 (et ποκ' v. 78. τ in p.) libri teneant doris haud dubie restituenda est; neque minus in carmine octavo, ubi οὔποτε extat v. 10, at ποκά v. 15 (et ποκ' v. 35).

Sed restant nonnulla quae paucis liceat perstringere. atque primum id. 2, 107 Ahrens. ex libris aliquot (D^5. pr. Θ. Φ. B) nullius omnino fidei ἀέρσα [1]) recepit. Quae tamen vox ab

ratio videtur intercedere. Apparet igitur Dorienses (una cum Aeolibus) antiquam terminationem θα (a ceteris Graecis, quoniam πρόσθεν similia in eundem sensum abierant, in nonnullis tantum veluti ἔνθα. ἐνταῦθα servatam) diutius retinuisse.

1) Quode cf. Ahr. diall. II. p. 51. Allen. dial. Locrens. p. 219.

Hesychio solo servata cum solum Cretensibus adscribatur nihil est cur eam contra meliores libros omnes Theocrito imputemus [1]). — Deinde leguntur *θὤτερον* (*θάτερον* p.) 11, 32. *ὥτερος* 7, 36. 8, 91 quae utrum ex $o + \alpha$ [2]) an $o + \varepsilon$ nata sint non apparet, quia utrumque apud Theocritum per crasin in *ω* coalescit cf. § 16. Quamquam non dubitavit vetus scholiasta id 7, 36 adnotare *ὥτερος* : *Δωρικὴ ἡ συναλοιφή. ὁ ἅτερος ὥτερος. τὸ γὰρ ὁ ἕτερος διὰ τοῦ ου οὕτερος ὡς παρὰ Ἡροδότῳ.*

§ 12.

de *εἴκατι. τέτορες. χάλκεος* etc. *ὀστίον.*

Praeter ea quae paragrapho antecedente exposui Dorienses in paucis vocibus a volgari ratione recedunt. cf. Ahr. diall. II. p. 119 sqq. Apud Theocritum autem ea tantum leguntur quae aut universae doridis aut mitioris sunt. Eiusmodi extant: *εἴκατι* (cuius *α* genuinum est cf. skt. viçati. cf. Curt. l. c. p. 129). 14. 44. 15. 139 (*εἴκοτι* 6. 16. Y ap. Ahr.) 4, 10 (*εἴκοτι* e. k. scholl. ap. Ziegl. et *εἴκοτι* k[5]. a. s[2] (*εἴκατι* s[6]) v. 16. D. Y. Call. ap. Ahr.). 5, 86 (*εἰκοτι* m. k. ap. Ziegl. et *εἴκοτι* s. v. 6. 16. D. L. Q. Y. *εἴκοσι* a. ap. Ahr.). Non est dubium quin editores *εἴκατι* quamvis *εἴκοτι* bis praebeant libri optimae notae k. m. e. iure ubique restituerint. Neque tamen barbarum *εἴκοτι* dixerim cum *εἴκοσι* tituli exhibeant Alexandro posteriores [3]); nam vinculum est medium

---

Kleemann. reliquiarum dialecti Creticae pars prior. Halis Saxonum 1872. p. 22.

1) Itemque *ἱέρσα* semper ap. Pindar. cf. Peter. de dial. Pind. p. 16.

2) Cf. *ἅτερος* ap. Epicharm. Archimed. cf. Arens. dial. Sic. p. 15.

3) Cf. Ahr. diall II. p. 280: „in titulis Alexandro inferioribus vulgaris forma *εἴκοσι* reperitur« etc. neque minus *τέσσαρες* in titulis post Alexandrum conscriptis doride mitiore. inscriptiones recentissimae solas has formas tenent ut tit. Siculus 5640 corp. inscr. (qui ad I. ante Christ. nat. saec. pertinet). cf. etiam Ahr. diall. II. p. 279.

inter εἴκατι et εἴκοσι. Accedit quod εἴτοτι doricum vocatur in Anecdotis Oxon. IV. 215, 6. — Vocalem genuinam mutaverunt Dorienses in voce τέτορες (e τέτϝαρες nata. cf. Curt. l. c. p. 445. Allen. dial. Locr. p. 224) quae semel extat apud Theocritum 14, 16 τετόρων (τεττόρων L. Y. τεττάρων 23 pr. (corr. sec.) τετάρων M. ap. Ahr.). Volgare autem τέσσαρες quod legitur in altera tabula Heracleensi semperque in titulis recentioribus (cf. adnot. supra et Ahr. l. c.) tenent libri meliores omnes 11, 41: τέσσαρας (τέτταρας v. 6^4. τέτταρος 6^2. τέττορας s. Y. ap. Ahr.) atque τέσσαρες k paucique minoris fidei 14, 29 (τέσσαρες k. 23. D. L. M. τέτταρες v^6. volg. τέταρες v^1. ap. Ahr.). Quod vero τέτταρες atticum in bonis nonnullis legitur 14, 29 (cf. Ziegl. τέσσαρες k. τέτταρες volg.) librariis sine dubio debetur; neque minus τέττορες paucissimorum tantum librorum cum a doride prorsus alienum videatur et metro adversetur 14, 16. cf. Ahr. l. c. Allen. dial. Locr. p. 224.

Denique notissima est Doriensium permutatio ι et ε vocalium cum in singulis vocibus tum maxime in adiectivorum genere quae volgo εος syllaba terminantur [1]). Neque tamen formae volgares a bonis titulis et antiquis absunt. Ita legitur χρύσεος in tit. Bruttio („quarti si quid video ante Chr. saeculi." cf. Ahr. diall. II. p. 14), Rhodio nr. 2525. b. („summi pretii titulus, quia et longus est et optime servatus" Ahr. diall. II. p. 15) aliis, χάλκεος in tit. Delphico nr. 1690 („titulus bonae aetatis sed valde mutilus et corruptus." cf. Ahr. l. c. p. 11). cf. Ahr. diall. II. p. 121. Apud Theocritum vero praeter duos locos omnes ubique libri adiectivorum tenent formas volgares: χάλκεος 2, 30. ἀργαλέῳ 1, 98. κενέοισι 3, 20. χρύσεοι 10, 33. πολυδένδρεος 11, 47. αὐσταλέοι (e coni. Wartoni) 14, 4. γηραλέοι 14, 69. ἀργυρέας 15. 84 (p. k. —ρέ° m. —ρέον e). ἀργυρέοις 15, 114. πορφύρεοι 15, 125. πορφυρέαισι 2, 122 (—ρέαισι k. in scholl. πορφυρ....

---

1) Cf. Ahr. diall. II. p. 121 sq. Kramp. dial. Lacon. p. 31 sq. Arens. de dial. Sicul. p. 16.

in textu. —ϱαίαισι p. —ϱέησι m.). Quare 2, 2 φοινικέῳ (ι e. ap. Ziegl. et α ap. Ahr.) ex optimis libris scribendum esse apparet.

Sed doricam adhibuit poeta terminationem vocis ὀστίον 4, 16 (τὠστία) libris optimis e. p. k. atque 2, 21. 2, 62 (ὀστία). 2, 90 (ὀστί') ubique k praestantissimo aliisque nonnullis firmatam. Qua de causa 3, 17 summo iure ὀστίον contra libros editores scripserunt; id quod non audebant id. 7, 102 in quo carmine cautius agendum esse alio loco demonstrabo.

Caput V.

de formis solutis et contractis.

§ 13.

de α cum sequenti vocali.

1) α—ε vocales in verborum coniugatione apud omnes Dorienses in η coalescunt. cf. Ahr. diall. II. p. 195 sq. Arens. dial. Sicul. p. 21 sq. Allen. dial. Locrens. p. 236 sq. Hanc rationem non minus Theocritus praeter pauca quaedam infra exponenda secundum libros meliores secutus est. quorum haec est ratio inter η et α intercedens:

	η : α
	libri meliores vel omnes.
	11 : —
	liber k.
(semel ει).	19 : 1
	liber p.
(semel ει).	14 : 6
	liber m (vel e ubi m deest).
	14 : 6

Fluctuant libri meliores novies. Quibus exemplis adde verbi dorici λῶ (λάω) personam II sing. λῇς 1, 12. 5, 64. 8, 6. 8, 85. 11, 56. in qua ι subscriptum haud raro in libris omissum est.

Volgarem autem rationem poeta sequitur in infinitivis passivi vel medii κοιμᾶσθαι 8, 66. μωμᾶσθαι 10, 19. περονᾶσθαι 14, 66 quae vereor ne ex ipsa doride petita sint; nam exempla ex inscriptionibus hausta nulla novi praeter χρῆσται (cf. Allen. dial. Locr. p. 236) quae tamen vox cum ceteris nullo modo comparari potest. cf. § 5. b. Deinde α praebent libri omnes in voce ἐρᾶται 2, 149 (ἔραται meliores codd.). ἐρᾷ 7, 97 (ἐρῇ Ald. ἐρῆ Call.) et fortasse ἐρᾶσαι 1, 78 (ἔρασσαι p ἔρασαι e. k.) e coniectura Brunckii Meinekio (cf. eius adn. h. l. et 2, 149) et Ahrensio (cf. Mus. Rhenan. VI. p. 228) probata: quae omnia non plane reiecerim quamquam quo defendam non habeo. Ceterum 2, 149 ἐραστάς Briggsius Fritzschiusque et 7, 97 ἐρῶ Ahrensius pessime coniecerunt neque ἔραται cum Kuehnero (gram. gr. s. voce.) tamquam ab ἐρᾶμαι ductum probandum est. Miro autem modo ἐράω et ἔραμαι confudit Weylius l. c. p. 4.

Legitur denique imperativus ἔα 11, 43 in qua voce cum omnes Graeci α in temporibus formandis semper retinerent fortasse hanc ob causam Dorienses quoque α in vocalibus α—ε contrahendis non respuebant. cf. etiam ἐᾶν id. 18, 13 in carmine satis purae doridis.

Contra 6, 30 verissime editur ἐκνυζεῖτο (p. et a sec. k. α m. et fort. a pr. k. in scholl. habet k. ει et οι ap. Ziegl.) a κνυζέω pro volgari κνυζάω ductum ut 2, 109 κνυζεῦνται (ευ. m. p. k.) atque 6, 28 οἰστρεῖ (οι e. η k.) ab οἰστρέω descendens pro volg. οἰστράω.

Sed praeter coniugationem et crasin (quade § 16. dicetur) in ipsa doride vocales α—ε in α ut volgo coalescunt. cf. Ahr. diall. II. p. 196. Allen. dial. Locr. p. 327. Cuius rei quattuor extant apud Ahrensium exempla ex quibus ἅλιος = αϝέλιος etiam ap. Theocr. legitur. cf. § 4. i. s. v. Accedit ἆθλον = ἄϝεθλον, ἄεθλον 1, 3. Quamquam quae digamma antiquitus intersertum habent vocabula plerumque apud Dores non contrahuntur. cf. Ahr. diall. II. p. 193. ita: ἄεθλον 8, 11, 12. ἀεργοῖς 15, 26. ἀείδω saepissime, licet haud raro etiam ᾄδω legatur.

2) α—η volgo in η coalescunt velut ἐσορῇ 1, 87 (ει p.). ἐσορῇς 1, 90. αἴκα λῇς 5, 21. Verborum in μι coniunctivus semel legitur 1, 152 ἀναστῇ quam formam doridi (cf. Ahr. diall. II. p. 313) non abrogaverim cum ex paucissimis tantum exemplis omnes Dorienses in hoc verborum genere α—η semper in α contraxisse non appareat.

3) αο et αω modo in α modo in ω coalescunt. cf. Ahr. diall. II. p. 196 sqq. Arens. dial. Sic. p. 22. Allen. dial. Locr. p. 237. Atque α semper efficitur.

a) ex αω in I declinationis genetivo plurali, qui undevicies legitur optimorum librorum consensu omnium. Fluctuant codices meliores octies; quare ubique editores doridem restituerunt; at semel, 9, 18 ὧν tenent libri omnes. certe ᾶν corrigendum est; male Ahrens et Koechlyius ὦ e coniectura scripserunt. — Forma autem soluta nusquam legitur. — Praeterea hanc contractionem patiuntur masculina antiquitus in αων exeuntia ut Παιάν 5, 79. 6, 27. coniunctivus verborum in μι ut βᾶμες (= βάωμες) 15, 22 et vocula ᾶς (= ἕως quamquam vereor ne rectius ex ἄος contractum dicatur) 14, 70 (ᾶς p. k. hic cum ὡ super α a pr. οἷς volg.) et 2, 60 in loco desperatissimo, ubi Buechelerus coniecturam valde arridentem proposuit ᾶς ἔτι καὶ νύξ cf. Mus. Rhen. 1860. XV. p. 451 et 1863. XVIII. p. 315.

b) ex αο in I declinationis genetivo sing. masculinorum qui septies et decies extat libris maxime conspirantibus nisi quod 7, 75 Ἱμέραι in cod. m. et 1, 103 Ἀίδαου inducto ου in cod. e exaratum est. Formam non contractam a doride ut videtur alienam habes 1, 126 Λυκαονίδαο et 2, 160 Ἀίδαο (ἄϊδα m.).

Deinde α tenet aoristi I medii persona II veluti ἐπάξα 4, 28 (k pr. e. p. scholl. ω ut k a sec. volg.) quare Brunckius quem ceteri secuti sunt 5, 6 ἐκτάσα (α tantum d. e. G. ap. Ahr.) optime emendavit. Semel tantum legitur ἠράσσαο 4, 27. Denique nominentur Βρασίλας = Βρασίλαος id. 7, 11 Βρασίλα (Βρασίδα superscr. λ. m. et v. l. in scholl.) ut scribendum videtur et πάραρος 15, 8 = παρᾱορος.

Non vero sibi constabant Dorienses in verbis quae dicuntur contractis, quamquam stirpes monosyllabas et I personam praesentis activi nunquam n α coaluisse apparet. cf. Ahr. diall. II. p. 197 sq. [1]). Libri autem Theocritei cum vel maxime fluctuent iudicium perquam difficile est nec dum meliores aperiantur fontes satis certum. Atque vocales αο interdum poeta videtur in α contraxisse in participio praesentis activi et in III. persona plur. praes. act. quae editores haud male restituerunt veluti participia: *πεινᾶντι* 15. 148 (*πεινάντι* p. *πίαντι* m. k. ap. Ziegl. et *πεινῶντι* 6. *πενᾶντι* D. *πιᾶντι* k. 9. *πὖαντι* L ap. Ahr.). *γελᾶσα* (e *γελάονσα*, *γελᾶνσα* natum) 1, 36 (p. *γελοῖσα* e. k. Iunt. *γελεῦσα* Med. Ald. Call. ap. Ziegl. et *γελᾶσα* p. *γελοῖσα* k. a. D^b. Iunt. *γελεῦσα* M^5. P^5. Q^5. Med. Ald. Call. *γελῶσα* v. 6. 16. D. Y. ap. Ahr.). *παρελᾶντα* 8, 73 (p. *—λαῦντα* e. *—λεῦντα* m. k. (prior fort. corr. ex ω). *—λῶντα* volg. ap. Ziegl. et *—λᾶντα* p. M. Q. *—λαῦντα* a^4. *λεῦντα* k. a^2. 9. *—λῶντα* (6. 8) D^5. L. Y Antt. ap. Ahr.) *παρελᾶντα* 5, 89 confirmatur a Gellio noctt. att. IX. 9, 5. codices haec tenent: *—λεῦντα* e. *—λαῦντα* p. *—λῶντα* ut m. k. volg. ap. Ziegl. et *λᾶντα* w. 3. *—λάντα* Q. *—λαῦντα* p. *—λόντα* D^5. *—λεῦντα* a^4. *—λῶντα* L. M. Y. volg. *παλελεῦντα* a^2. ap. Ahr. *ἀμάντεσσι* 6, 41 (m. p. *ἀμών—* Med. Ald. Call. *ἀμμών—* Iunt. ap. Ziegl. et *ἀμάν—* a^4. p. v. 9. L. M^5. Q. *ἀμεύν* a^2. *ἀμών—* (6. 8.) D. Y. Med. Ald. Call. *ἀμμών—* Iunt. ap. Ahr.) qui versus huc translatus est ex id 10, 16 (*ἀμών—* volg. ap. Ziegl. et *ἀμάντ—* k. *ἀμών—* volg. ap. Ahr.).

III. persona pluralis praesentis: *γελᾶντι* 1, 90 (k. Iunt. *γελεῦντι* e. Call. *γελῶντι* Med. Ald. „et sic videbatur mihi etiam in p scriptum esse“ ap. Ziegl. et *γελᾶντι* k. 6. D^b. Q^5. Iunt. *γελεῦντι* a. Call. *γελῶντι* (p.) 16. D. M. P. Y. Med. Ald. ap. Ahr.). *ἐρᾶντι* 7, 97 (*ἔραντι* p. k. *ἔρανται* volg. ap. Ziegl. et *ἔραντι* k. p. Q^5. *ἐρῶντι* 17. *ἔρανται* volg. ap. Ahr.)

---

1) Cf. *νικῶντι* v. 1. *νικῶμες* v. 2. in titulo Siculo antiquo Selinuntio cf. Mus. Rhen. Vol. 27. 1872. p. 353 sqq.

e coniectura Ahrensii, quamquam eodem iure ἔρανται scribere licet, et rectius fortasse. cf. Schneiderum. Callimach. hymn. I. v. 81 excurs. —

Saepissime autem vocales αο et αω contractas in ω exhibent libri meliores vel omnes: σιγῶντι 2, 38. μυκώμεναι 4, 12. κατεβληχῶντο 5, 42. ἥρων 6, 29. πωτῶντο 7, 142. ἀλοιῶντας 10, 48. ἀνιῶμαι 11, 71. πειρώμενοι 15, 61. 15, 122. ὑπερπωτῶνται 15, 120. πωτῶνται 15, 122. φοιτῶσαι (e φοιτάονσαι) 5, 113. νικῶ 1, 113. ὑπαντῶν 5, 90. νικῶν 8, 17. ἐσορῶν 8, 56. (ἐσορῶ k. sed post ω est rasura. Ziegl.). ὁρῶν 11, 18. verba stirpis monosyllabae: λῶντι 4, 14. ζῶντ' 5, 79. fluctuant libri in optativo πλανῷντο 9, 4 (πλανοῖντο k. πλανεῦντο p. ap. Ziegl. et πλανοῖντο k. D (ω sup. D[a].). Q. πλανεῦντο p. M. ap. Ahr.) dudum restituto.

Aliorum vero locorum lectio minus certa est. Nam 8, 42 πηδῶσιν male traditur in libris nonnullis neque 9, 13 ἐρῶντι (ἐρῶν τὸ e. k.) satis certum est, cum totius versus medela non sit inventa. de virorum doctorum opinionibus coniecturisque cf. Meinek. et Fritzsch. editt. h. l. Sed recte fortasse legitur 6, 22 ποθόρημι (ποθορῆμαι m. ποθ' ὅρημαι p. k. ποθόρημι volg. Ziegl.) quode cf. Meinek. h. l. et 10, 50 bene videtur Hermannus emendasse ἄρχεσθ' ἀμώοντας (ἄρχεσθαι ἀμῶντας m. Med. Ald. ἄρχεσθαι δ' αμ— p. k. volg. ἄρχεσθε ἀμῶντες a. e. In s. videbatur mihi scriptum esse ἄρχεσθαι αμόῶντες sed ιαμο et ʹ a sec. Ziegl.) quae cum epica sit forma tamen excusari potest propter locos 1, 37 κυλοιδιόωντες. 7, 20 μειδιόωντι. 7, 77 ἐσχατόωντα (p. k. —τόεντα volg.). 7, 9 κομόωσαι. 4, 57 κομόωντι (κομώοντι e ap. Ziegl. et κομέονται Q. κομέοντι k. κομόοντι v. D. M. Y. κομόωντι Q. sup. et volg. ap. Ahr.) quamquam nisus lectione Etymol. Magn. 156, 30 Ahrens. κομέονται, Meinekius et Fritzschius κομέοντι scribunt. at κομέονται optimum esse videtur. de forma mediali cf. Schneideri excurs. Call. h. I. v. 80. Bis tantum extat forma soluta aeolice terminata in carm. I. v. 95 et 96 γελάοισα quam cum libri ad unum

omnes teneant non debebat Ahrens. mutare in epicam: γελόωσα. ἐκγελόωσα.

Alia autem verba in εω deflectunt pro volg. αω secundum libros meliores veluti χασμεύμενος 4, 53. καυχέομαι 5, 77. ὀπτεύμενον 7, 55. κνυζεῦνται 2, 109 cf. supra. ἀνηρώτευν 1. 81. ποθορεῦσα (e ποθορέονσα) 5, 85. 3, 18. ἐσορεῦσα 6, 31 (ἐσοροῖσα p.). ὁρεῦσα 11, 69. ὁρεῦντι 9, 35 (libri fluctuant. sed haud dubie scribendum: ὧς γὰρ ὁρεῦντι γαθεῦσαι τὼς δ' οὔτι ποτῷ δαλήσατο Κίρκα. cf. Fritzsch. h. l.): quae ratio non apud Iones solum vigebat sed etiam apud Dorienses. cf. Ahr. diall. II. p. 310 sq. et Arens. dial. Sicul. p. 35.

Sed nonnulla restant commemoranda veluti ἀοιδά antiquioris doridis (cf Ahr. diall. II. p. 201) quod semper legitur praeter carmina 8 et 9 in quibus volgare ᾠδά extat a doride recentiore non alienum. cf. ἀείδω et ᾄδω apud Theocr. quode antea dixi. Praeterea leguntur non contracta: ἀενάω 15, 102. ἵλαοι 4, 18. κεραόν 1, 4 Doriensibus sine dubio universis communia.

§ 14.

de ε cum sequenti vocali.

1) ε—α vocales apud Dores in declinatione nominum modo coalescunt modo non contrahuntur, quae ratio antiquiori potissimum doridi propria est [1]). Apud Theocritum vero formae solutae numero maxime superant concretas. Ita legitur: pluralis verborum in ος declinationis III velut τέμπεα, ἄλσεα etc. bis et vicies, contra semel tantum χείλη 1, 29. — accusativus singularis adiectivorum in ης ut ἀλαθέα 2, 94, sed ἀπεχθῆ 1, 141. αὐτοφυῆ (libri optimi) 9, 24. εὐώδη 14, 16. — genus femininum adiectivorum in εος [2]) ut πορφυρέαισι 2, 122 (k in scholl. πορφυρ . . . . in

---

1) Cf. Ahr. diall. II. p. 193 sq. et p. 234 sqq. Allen. dial. Locr. p. 237 sq.

2) Cf. χαλκέᾳ in titulo Rhodio apud Foucart. nr. 4. revue archéol. 1865. part. I. 298.

textu —ϱαίαισι p. —ϱέησι m.). ἀϱγυϱέας 15, 84 (sic cum p. k scribendum. Dorienses videntur ἡ κλισμός dixisse) et fortasse οἰναϱέαισι 7, 134. cf. Fritzsch. h. l. — accusativus singularis verborum in ευς ut Θησέα 2, 45. ἀμολγέα 8, 87 (cf. Allen. dial. Locr. p. 237), contra accus. plur. λυκιδεῖς 5, 38 (cf. Ahr. diall. II. p. 237 sq.).

Eadem vocalium contractio in verborum coniugatione conspicitur:

a) in 2 person. singul. praesentis medii: φϱάσδῃ (= φϱάσδεαι) 1, 102 (ει libri). ἐνδιαθϱύπτῃ 3, 36. ἀπολείπῃ 10, 3. ἄϱχῃ 10, 19. ἀποβάλλῃ 11, 19. οἴχῃ 11, 23. quibus addas ποιῇ 3, 33 pro ποιέεαι et coniunctivum χαϱίξῃ 5, 71 pro χαϱίξηαι. Raro leguntur formae solutae [1]: τάκεαι 1, 82. 1, 91. θάλπεαι 5, 31. ἐπείγεαι 7, 24.

b) in 2 person. singul. futuri medii: quae duplicem ut ποιῇ antea memoratum contractionem patiuntur: ἀποισῇ 1, 3. λαψῇ 1, 4. 1, 10. ἀσῇ 5, 31. ἐϱγαξῇ 10, 23. φθεγξῇ 14, 22. φευξῇ 15, 54. ἐσσῇ 10, 5 (ἐσσί e.). fluctuant libri 1, 11 ἀξῇ (s. ἀξεις (η) e. ἀξεῖς p. Med. Ald. Iunt. ἀξῇς k. Call. ap. Ziegl.) et βουκολιαξῇ 5, 44 e coni. Ahrens. βωκολιαξῇ s. —ξεῖς k. —ξῇς e. —ξεῖς volg. Ziegl.). ita enim duobus his locis rectissime scribitur.

Denique memorentur singula haec: κϱέας 5, 140. 9, 25. κϱέα 7, 108. sed κϱῆς 1, 6 in libris omnibus, pro quo Heinsius optime κϱέας restituit, cum poeta formas solutas praeferat ante caesuram bucolicam, siquidem solutae a dialecto qua carmina conscripsit non alienae sunt. Ceterum κϱῆς [2]) a grammaticis de κϱῆς ut dorico (κϱέας non minus doricum est) saepe testantibus (cf. Ahr. diall. II. p. 193) sine dubio interpolatum est. praeterea: ἔαϱ 8, 41. 9, 34 (fortasse ἔδαϱ ἐϱγατίναις cum Heinsio Meinekio aliis legendum). βοϱέαν

1) Nullae inveniuntur in inscriptionibus cf. Ahr. diall. II. p. 305. neque ego memini talia legere in titulis.

2) Cf. κϱῆς Sophr. fr. 51. attamen κϱέα Epicharm. fr. 82.

10, 46. nam sic pro volg. *βορέην* scribendum. cf. § 4. quae omnia doridi propria sunt. [1]).

2) *ε—ε* vocales in doride severiore in *η*, in mitiore in *ει* coalescent. cf. Ahr. diall. II. p. 201 sqq. Atque huc pertinent:

a) infinitivi *ειν* terminatio verborum non contractorum velut *λείπειν* pro *λείπε-εν* et *λιπεῖν* pro *λιπέ-εν*. Amplector [2]) enim Curtii sententiam quam bene exposuit Renner: quaest. de dial. antiq. Gr. poes. eleg. et iamb. p. 34 sq. (in Curtii studiis gram. Vol. I).

Librorum Theocriteorum haec est ratio inter *η* et *ει* intercedens:

η : *ει* (vel *ε*) [3])
libri meliores vel omnes
— : 30
liber k
7 : 36
liber p
4 : 39
liber m (vel e ubi m deest)
4 : 39

fluctuant libri meliores terdecies. Sed id. 5, 121 nihil obstat quominus *τίλλοις* (*τίλλειν* Palat. 330. Vat. 913. v. l. in scholl. *τίλλοις* ut m. k. et Pal. Vat. in marg. volg. *τέλλοις* p. ap. Ziegl.) cum libris optimis scribamus; alii (Ahr. II. Fritz. Ziegl.) *τίλλειν* restituerunt. cf. schol. vet. ap. Ahr. p. 214: *τὸ τίλλοις γράφεται καὶ τίλλειν ἀντὶ τοῦ τίλλε καὶ κόπτε.*

b) futurum doricum.

---

1) Cf. Ahr. diall. II. p. 193 sq.

2) Aliter statuit Ahrens. diall. I. p. 89. qui *φέρειν* natum esse existimat ex antiquissimo: *φερεμεναι*, *φερεμναι*, *φερειναι* (*φερηναι*), *φέρειν*.

3) Praebent libri nonnunquam terminationem *εν* quae quam late apud Theocritum pateat alio loco demonstrabitur. Quare eos tantum locos supra composui ubi *ειν* tenet editio Ziegleriana II. 1867.

librorum condicio est haec:

η : ει
libri meliores vel omnes
1 : 7
liber k
2 : 11 (semel 8, 68 habet οι)
liber p
3 : 11
liber m (vel e ubi m deest)
4 : 7 (1, 97 lect. dub. cf. Ziegl.
η
5, 109 ει 8, 68 ει)
η

fluctuant libri meliores sexies.

Sed id. 10, 18 verum videtur esse *χροΐζεται* [1]) *ἁ καλαμαία* pro eo quod nonnulli ediderunt: *χροιξεῖται καλαμαῖα.* Neque tempus futurum necessario postulatur.

c) verba quae dicuntur contracta.

librorum condicio est haec:

η : ει
libri meliores vel omnes
— : 28
liber k
5 : 31
liber p
2 : 34
liber m (vel e ubi m deest)
4 : 30
(14, 57 *χαρῆν* supersc. a pr. *ειν* e. 8, 78 *αἰθριοκοιτᾶν* m.)

fluctuant libri meliores octies.

Leguntur praeterea 6, 29 *ὑλακτεῖν* et 11, 60 *νεῖν* qui

---

1) *χροϊξεῖται* v. l. in scholl. *χροϊξῆται* e. *χροΐξεται* m. Med. *χροιζεῖται* (a pr. ?) k. *χροΐζεται* p. Call. *χροίζεται* Ald. Iunt. ζ corr. in ξ s. deinde: *ἁ καλ.* — m. p. s. k. e. volg. in scholl. vett. ap. Ahr. p. 318 utraque lectio commemoratur.

loci corruptissimi sunt. Sed 7, 74 ἀμφεπολεῖτο (nisi quod boni aliquot libri ἀμφεπονεῖτο tenent, quae mutatio saepissime invenitur) rectissime traditum est. Nam forma media pro volg. ἀμφιπολεῖν nihil movebit offensionis post ea quae dixit Schneiderus excurs. in Callimachi hymn. I. v. 80.

Bis tantum vocales ε—ε non contrahuntur 5. 41 ἄλγεες. 7. 82 χέε quorum hoc cum verbum sit monosyllabum excusari potest (cf. Ahr. diall. II. p. 308), illud vero a doride alienum est.

d) Augmentum ex ε—ε natum consona antiquitus intercedente. εἶχε 7, 15. εἴχεο 5, 117. εἶχετ' 1, 68. εἴχετο 2, 127. 7, 20. εἷλεν 2, 131. καθεῖλον 3, 10. εἵρπομες 7, 2. (η corr. in ει m). εἶρφ' 7, 131 (ἦρχ' k. et corr. in εἶρφ' m.). εἶρπον 8, 75. quibus addas εἶπον ex ἐϝέϝεπον (cf. ἔειπον), ϝέϝεπον, ἔεπον ortum. εἶπ' 4, 58. εἶπ' 15, 77. εἶπες 15, 25 (est locus corruptus). εἶπας 15, 38. εἶπε 1, 77. 3, 31. 7, 19. εἰπέ 4, 1. 5, 9. εἰπεῖν 10, 37. 14, 19. εἴπῃ 10, 45. εἶπον 14, 11. εἰπών 1, 138. 6, 42. 7, 90.

e) declinatio tertia.

πελέκεις 2, 128. leguntur non contracta: εὐμενέες 5, 18. κατηρεφέες 7, 9. ὑπεραχθέες 8. 37. antiquiori potissimum doridi et Siculis convenientia. cf. Ahr. diall. II. p. 233 sqq. Arens. de dialecto Sicula p. 27.

Non est igitur dubium quin locis ubi vocales ε—ε coalescunt omnibus Theocritus mitiorem doridem secutus sit.

Contra doridem et severiorem et mitiorem [1]) in vocalibus ε—ει contrahendis semper ει pronuntiasse recte videtur Ahrensius (cf. diall. I. p. 91 sq. II. p. 165 et p. 301) iudicasse. Id vero cadit in 2 et 3 person. singul. futuri (dorici) activi et praesentis verborum contractorum: quae formae hoc modo [2]) natae sunt:

---

1) De mitiore constat.

2) Cf. Curtium elem. etym. gr. p. 632. nam ita etiam praesentia λέγεις. λέγει orta sunt ex λέγε-σι. λέγει-σι. λέγεις et ex λέγε-τι. λέγει-τι λέγει(τ). λέγει. quapropter doris severior nunquam λέγης. λέγη

ποιησέ-ε-σι. ποιησέ-ει-σι. ποιησέ-εις. ποιησεῖς etc.

Sed in has quoque formas *η* haud raro librariorum errore irrepsisse numeri docebunt. Atque *η* saepe in dorico futuro legitur:

η : *ει*
libri meliores vel omnes
1 : 6
liber k
11 : 12

---

dixit. Quamquam in libris apud Theocritum haud raro *η* legitur a librariis saepe cum *ει* commutatum. cf. exempla § 8 congesta.

Neque minus recte ubique *ει* editores restituerunt in perfecto siculo velut *ὀπώπει* 4, 7. *λελόγχει* 4, 40. *πεποίθεις* 5, 28. *πεφύκει* 5, 33. 5, 93. 11, 1. *δεδυκεῖν* 1, 102. *πεπόνθεις* 10, 1. quippe quibus praesentis terminatio addita sit. cf. Ahr. diall. II. p. 328 sqq. Arens. dial. Sic. p. 38. cf. etiam *πεποίκει* nr. 91 v. 14 (= *πεποιήκει* cf. nr. 81 *ποῖσαι* = *ποιῆσαι*). *ἑστάκει* nr. 52 v. 11. *τετιμάκει* v. 19 in titulis Cnidiis (cf. Hamilton. Asia Minor. II. p. 459. nr. 294) ap. Newton. a hist. of disc. Vol. II. part. 2. p. 671 sqq.

Apud Theocritum vero haec est librorum condicio:

η : *ει*
libri meliores vel omnes
1 : 2
liber k
2 : 6
liber p
4 : 3 (1, 139 *η* superscr. *ει*)
liber m (vel e ubi m deest)
4 : 2 (10, 1 *ει* e corr. fuerat *η* m
5, 93 *ει* fort. e corr. m)

fluctuant libri meliores quinquies.

Incertius indicaveris de plusquamperfecto; videntur tamen Dores antiquiores *η*, recentiores *ει* dixisse. ita *εἰλάφει* in titulo Phocico satis recenti et plerumque apud Theocritum: *λελοίπει* 1, 139 (*η* p. Iunt. prior superscr. *ει* ap. Ziegl.). *ἐῴκει* 7, 14. *ἐλελήθει* 10, 38 (m. p. Call. *η* k. volg. *η* Med. Ald. Iunt. ap. Ziegl.). *πεπόνθεις* 7, 83 (quod pro plusquamperfecto accipiendum est): quamquam hi testes cum non satis certi sint res in dubio relinquenda est, donec melioribus fontibus simus edocti cf. Ahr. diall. II. p. 331 sq.

liber p
3 : 19
(semel 6. 31 οι).
liber m (vel e ubi m deest).
7 : 13
(7, 66 evan. m. 7, 78 η corr. ex ει m. 8, 17 ἕξω superscr. ει ὁ m.).

fluctuant libri meliores sexiesdecies.

Adde quod 15, 95 μή μοι κενεὰν ἀπομαξεῖς (libri η et η) cum Buechelero legendum est.

Minus saepe η in 2 et 3 persona verborum contractorum deprehenditur:

η : ει
libri meliores vel omnes
— : 26
liber k
3 : 30
liber p
3 : 30
liber m (vel e ubi m deest)
4 : 29

fluctuant libri meliores septies.

Rarissime leguntur formae non contractae: φιλέεις 3, 28. φιλέει 5, 82 a doride ferme (cf. Allen. dial. Locr. p. 237) alienae. praeterea verbum stirpis monosyllabae θέειν (θέην k) 8, 54.

3) ε—η vocales in η coalescunt (cf. Ahr. diall. II. p. 307) veluti λυπῇ 2, 160. nulla est causa, cur librorum lectionem αἰ δ' ἔτι κἤμὲ λυπῇ relinquamus. cf. schol. k. ap. Ziegl. p. 26 ἐὰν δέ τι λυπῇ με. de omissa particula κα cf. Schneiderum exc. Call. hymn. p. 400. — praeterea ἀνῇ 11, 23. ἀνιαθῇ 11, 71. πλαναθῇς 15, 67.

4) Dorienses in vocalium εο et εω concursu leges secuntur diversissimas. cf. Ahr. diall. II. p. 207 sqq. Apud Theocritum vero vocales εο et εω aut non coalescunt, qua

in re maxime consentit cum Siculis et doride septemtrionali, aut contrahuntur: et quidem εω in ω in futuro, qui mos Siculorum est et volgaris apud ceteros praeter Delphos (cf. Ahr. diall. II. p. 217 et Curtium: über d. sprachl. Ausb. d. neuentd. delph. Inschr. l. c. p. 220 sq.) et doridem severiorem (cf. Ahr. l. c. p. 208 sqq.) atque εο in ευ quae ratio potissimum eorum Doriensium est qui insulas ad Asiae oram sitas Ionibus vicini habitabant neque minus aliorum quos Iadis contagio traxerat: Theraeos, Anaphaeos, Syracusanos, Cyrenaeos [1]). (cf. Ahr. diall. II. p. 214 et Arens. dial. Sic. p. 23.

Sed enumeremus singula:

A.

de vocalium εο concursu.

a) Atque primum in verbis quae dicuntur contractis formae solutae multo rariores sunt. Coalescunt: *βατεῦνται* [2])

---

1) Quamquam eosdem non ubique hanc contractionis legem admisisse constat: »nam in verbis soli Calymnii et Astypalaeenses ea usi esse certius cognoscuntur, in genitivis nominum III. declinationis in ης et ος exeuntium praeter illos Rhodii, Coi, Cyrenaei et raro Theraei, Anaphaei, Siculi; in pronominum genitivis maxime Siculi; in compositis cum *θεός*, *νέος*, *κλέος* ea contractio recentiore demum tempore apud varios populos doricos in usum venisse videtur.« cf. Ahr. diall. II. p. 213. Illa vocalium εο in ευ contractio omnino post Alexandrum in doride mitiore magis magisque divolgabatur. cf. apud Siculos genet. III. declin. qui saepissime legitur. corp. inscr. nr. 5380 *Εὐκράτευς*. 5384 *Σωσικλεῦς*. 5386 *Ἀγαθοκλεῦς*. 5391 *Σωκράτευς*. 5439 *Δαμοκλεῦς*. praeterea 5381 *Κλευκράτευς*. 5445 *Θευμνάστου* etc. pariaque in titulis Rhodiis: *Δαμοσθένευς*. *Καλλικράτευς*. *Ἀρχοκράτευς*. ap. Foucart. (revue archéol. 1865 part. I. p. 294 sqq.) etc. *ποιεῦνται* (rev. archéol. 1867 part. I. p. 204 sqq.). tum in titt. Cnidiis (ap. Newton l. c.) nr. 16 (p. 715) *Πολυχάρευς*. nr. 21 *Ἀπαλλοφάνευς*. nr. 83 *Διοκλεῦς*. nr. 33 *Θευδάμο(υ)*. nr. 34 *Θεύδωρος* etc. denique in titulis Delphicis. cf. Curtium: über d. sprachl. Ausbeut. d. neuentd. delph. Inschr. l. c.

2) Lectionem librorum optimorum (k. p. m vel e) exhibui. plerumque libri in ευ aut εο consentiunt.

1, 87. ὡμάρτευν 2, 73. φωνεῦντα 2, 109. καλεῦμαι 2, 125. ποθεῦντι 4, 12. λαλεῦντι 5, 34. βομβεῦντι 5, 46 (1, 107 interpolatum est). λαλαγεῦντι 5, 48. φιλεῦντι 5, 80. ποιεῦντα 6, 31. ὡρχεῦντ' 6, 45. τελεῦντι 7, 32. ἐθρήνευν 7, 74. λαλαγεῦντες 7, 139. ἀριθμεῦντι 8, 16. ἀτιμαγελεῦντες 9, 5. ἐγχεῦντα 10, 53. μοχθεῦντας 10, 56. φωνεῦντες 14, 20. αἰτεύμενος 14, 63. ὠθεῦνθ' 15, 73. ἐνδινεῦντι 15, 82. λαλεῦμες 15, 92. ἔρρευν 2, 89 (ἔρρεον p. ἔρρεν k.). quo accedunt: ὀπτεύμενον 7, 55. κνυζεῦνται 2, 109. ἀνηρώτευν 1, 81. ὁρεῦντι 9, 35 (p. ὁρῆντε k. η et ε a. sec. ὁρεῦντι sine dubio pr. ὁρῶντι m. ap. Ziegl.). cf. § 13 fin.

Non coalescunt: τρομέοντι 2, 12. πατέοντι 5, 129. φιλέοντα 6, 17 bis. βουκολέοντα 7, 92. δονέοντο 7, 135. βουκολέοντι 8, 1. αἰπολέοντα 8, 85. καλέοντι 10, 26. φιλέοντ' 11, 19. ῥέοντι 14, 38. ἀμηχανέοντος 14, 52. φιλέοντα 14, 62 bis. πονέονται 15, 115. φορέονται 5, 115 (k. ποτέονται m. p.).

Metrum ubique formas aut contractas postulat aut solutas, cum poeta synizesi non videatur usus esse. Duobus tantum locis neque ευ neque εο metro commendatur: καυχέομαι 5, 77 et μυθεῦμαι 10, 21. nihil mutandum est; sed ῥέον 8, 78 ut verbum stirpis monosyllabae volgo non coalescit.

b) In II. persona sing. medii vocales εο modo coalescunt modo non contrahuntur. Atque metrum poscit formas concretas hisce locis: ἐλέγευ 1, 86. εἵλευ 2, 131. ἐκέλευ 3, 11. ἐτάκευ 5, 12. βουκολιάζευ 5, 60. 9, 5. ποτεκιγκλίζευ 5, 117. παρῆσθευ 5, 120. φείδευ 8, 63 altero loco. ἀμβάλευ 10, 22. ἔχευ 15, 68. βιάζευ 15, 76. λάζευ 15, 21. ἀφίκευ 15, 149. μάχευ 1, 113. (μαχευμ^αι p. μαχεῦ μοι k.). φέρευ 1, 128 ut recte scribitur (φέρευ πακτοῖο coni. Reisk. addicentibus scholl. οἱ δὲ ἐκ πλήρους φέρευ. φέρ' εὐπάκτοιο volg. φέρευ lem. schol. k.); denique φείδευ bis 8, 63 priore loco metro non cogente. Synizesin poeta secundum libros nunquam admisisse videtur.

Sed non coalescunt vocales εο quas metrum plerumque tuetur locis hisce: ἵκεο 1, 20. ἔρχεο 4, 56. εὔχεο 5, 117. ἔπλεο 7, 95. ἄρχεο 9, 1 quae quintum hexametri pedem effi-

ciunt. *κατεύχεο* 1, 97. *φυλάσσεο* 3, 5. 10, 71. *φριμάσσεο* 5, 141 ante caesuram bucolicam. At metro non necessario postulantur *φράζεο* 2, 69, 75, 81, 87, 93, 99, 105, 111, 117, 123, 129, 135. 6, 13. *λάζεο* 8, 84 in primo versus pede; et *βουκολιάζεο* 9, 1. *ἄρχεο* 9, 2 ubi *εο* in fine alterius pedis positum est.

Quibus exemplis accedunt *μυθεῦ* 10, 20 (pro *μυθέεο*). *κινεῦ* 15, 29 duplice contractione nata atque *ὑφαγέο* 2, 101 pro *ὑφαγέεο* altero [1]) *ε* extruso, quocum bene Fritzschius comparat Homerica *μυθέαι* (pro *μυθέεαι*) Od. 2, 202. *πωλέ(αι)* Od. 4, 811. cf. etiam *ἀγακλέα* Pindar. P. 9, 106 similia. cf. Krueger. gram. gr. ed. IV. 1861. II. § 18, 1. adn. 2.

c) In declinatione tertia *ε—ο* raro coalescunt veluti *Πραξιτέλευς* 5, 105. *Εὐμήδευς* 5, 134 (*ου* e. in m. videtur *ου* corr. in *ευ* Ziegl.). *χείλευς* 7, 20. *ὄρευς* 7, 46. *θέρευς* 9, 12. metrum ubique contractionem postulat. Contra formas non concretas metrum tuetur: *θέρεος* 6, 4. 7, 143. 8, 78. 11, 58. *ὄρεος* 11, 27. ante caesuram bucolicam haec: *ὤρεος* 1, 77. 4, 35 (*εως* p.). *Διομήδεος* 1, 112. *Ἡρακλέος* 2, 121 (*ῆος* p.). *Πολυδεύκεος* 4, 9. *Ἄργεος* 15, 142. cf. etiam Arens. dial. Sic. p. 27.

d) Pronominum formae leguntur contractae veluti *ἐμεῦ*. *μευ*. *τεῦς*. *τευ* etc. summa constantia praeter *τεοῦς* 11, 25. De his quae Siculis maxime propria sunt accuratius dicam in capite quo de pronominibus agetur. cf. Ahr. l. c. et Arens. dial. Sic. p. 29 sqq.

e) Futura semper diphthongum *ευ* [2]) tenent: *βασεῦμαι* 2, 8. *ἀλεῦμαι* 3, 25. *ᾀσεῦμαι* 3, 38. *κεισεῦμαι* 3, 53. *βασεῦνται* 4, 26. *λασεύμεσθ'* 4, 39. *ἀλεῦμαι* 5, 144. *αὐλησεῦντι* 7, 71. *ἀρξεῦμ'* 7, 95. *θησεύμεσθ'* 8, 13. *στορεσεῦντι* 7, 57 (*—σόντι* m.). *οἰσεῦμες* 15, 133 (*—οῦμες* m.). Quare 14, 55 *πλευσεῦμαι* (*ου* libri ap. Ziegl. et *πλασεῦμαι* c. K. M. *πλευ-*

---

1) Quare accentus in paenultima positus rectissime cum cod. k reponendus est.

2) *ου* apud Siculos. cf. Arens. de dial. Sicul. p. 23.

σεῦμαι 6. 23. πλευσοῦμαι volg. ap. Ahr.). sine dubio scribendum est. Ahrensius nullo iure βασεῦμαι edidit. At valde incertum est μαθεῦμαι vel μεμαθεῦμαι 11, 60 et corruptissimum ἐκκναισεῦντι 15, 88. libri utroque loco fluctuant. cf. editores.

f) Participia praesentia verborum contractorum semper in ευ coalescunt: βομβεῦσα 3, 13. ποιολογεῦσα 3, 32. ἀνθεῦσαν 5, 56. καλεῦσα 6, 7 (καλοῖσα m.) atque ποθορεῦσα 5, 85. 3, 18. ὁρεῦσα 11, 69. ἐσορεῦσα 6, 31 (ἐσοροῖσα p.) cf. § 13 fin. praeterea γαθεῦσαι 9, 36 (—θεῦσιν codd.) e coniectura Brunkii et φορεῦσαι 10, 105 (φοροῦσαι m. φοροῖσαι volg.) ex emendatione Hermanni, quamquam eodem iure cum Hemsterhusio φέροισαι scribere licet. cf. φέροισαι 2, 148 (φέροισ' p. φεροῖσαι e. φέρουσαι k. φοροῖσαι m.). Non coalescit verbum stirpis monosyllabae θέοισαν 6, 12 (θέουσαν k.). Sed non ferendum est ζάτεισ' vel ζάτοισ' 1, 85 (libri maxime fluctuant) qui locus valde incertus est.

g) Denique leguntur nomina propria Κλεύνικος 14, 13 (εό e corr. e) et Θευχαρίδα e coni. Reiskii 2, 70 (Θευμαρίδα m. k. Θευμαρίδ' αʿ p.). — De adiectivorum genere in εος exeuntium, quae non contrahuntur (cf. Ahr. diall. II. p. 121 et p. 194 et addend.) cf. § 12 ubi exempla congessi.

B.

de vocalium εω concursu.

a) Vocales εω in verbis contractis secundum libros meliores non coalescunt. Exemplis ubi synizesis admittitur asteriscum apposui. κερτομέω 1, 62 (κοὔτι τυ κερτομέω rectissime scribitur. libri fluctuant. cf. editores). ἀλγέω* 3, 52. (ἀλγῶ p.). αἰνέω* 4, 32. θαρσέω* 4, 44 (θαρσῶ p.). βομβέων* 5, 29 (βομβεύων p. k. βομβῶν e). πατέων 5, 61. βωστρέωμες* 5, 66 (e. a. sec. βωστρέωμεν a. e. a pr. βωστρέομες volg.). μισέω* 5, 114. φρουρέωμες* 7, 122 (m. k. φρουρέωμ' p.). ὁμαρτέω* 8, 64 (m. k. et Stobaeus Flor. 78, 2. ὁμαρτῶ volg.). ἐνοικέω* 9, 15. δοκέω 11, 50. πλέων 11, 61. δοκέων 14, 25. Quare nullus dubito quin optimo iure 2, 43 φωνέω. 8, 23 ἀλγέω. 10, 38 ποέων scribantur contra libros.

b) Nunquam non coalescunt ε—ω in futuro dorico: νομευσῶ 1, 14. δωσῶ 1, 25. 3, 36. 5, 96. 8, 86. ᾀσῶ 1, 145. θυσῶ 2, 33. οἰσῶ 2, 58. 2, 164. 3, 11. ἰδησῶ 3, 37. ἡξῶ 4, 47. δωσῶν 4, 47. ἑρψῶ 5, 45. στασῶ 5, 53. 5, 54. 5, 58. πεμψῶ 5, 141. καχαξῶ 5, 142. λουσῶ 5, 146. φλασσῶ 5, 148. κλαξῶ 6. 32. ἀφυξῶ 7, 65. θησῶ 8, 14. 8, 15. καταθησῶ 8, 20. λασῶ 14, 9. ἀξῶ 15, 40. (κ'αξιῶ pro οὐκ ἀξιῶ p.). φασῶ 11, 70.

c) In declinatione III formae leguntur non concretae: ὀρέων 1, 136. θυέων 2, 10. ἐτέων 14, 16 quas metrum tuetur.

Addas pronominis formam ἁμέων (m. ἀμεὼν p. ἡμέων a. pr. k. ἡμῶν a. sec. k.). 8, 25 adhibita synizesi. Contra ἁμῶν 2. 158. 15, 68 (δμωὰ pro ἁμῶν k.). 15, 94. utrumque etiam apud Siculos. cf. Ahr. diall. II. p. 258 et Arens. de dial. Sicul. p. 31.

Sed restat ut de verbo εἰμί dicam. Extant antiquiora: ἐών 2, 119. 8, 64. 8, 93. 11, 34. ἐόντα 2, 100. 5, 36. 7, 79. 11, 5. 11, 69. ἐόντι 1, 44. ἀπεόντων 10, 8. παρεόντος 14, 21. 15, 12. atque ἐοῖσα 2, 64. παρεοῖσαν 11, 75 (ου lem. schol. k. m.) aeolice terminata. cf. § 7. B. formae volgares: ὤν 8, 52. παρόντος 9, 21. παρών 9, 29. ὦμες 15, 9. οὖσιν (dat. plur.) 9, 27. denique εὖσα 2, 76. παρεῦσας 5, 26. εὖντα 2, 3 (βαρὺν εὖντα Steph. βαρυνεῦντα e. p. k. Antt.) cf. Ahr. in Philologo vol. VII. p. 418. Sunt vero haec omnia praeter ἐοῖσα. παρεοῖσαν Doriensibus usitata. cf. Ahr. diall. II. p. 323 qui de εὖσα etc. ut dorico olim dubitare non debebat quippe quod eodem modo quo καλεῦσα similia natum sit.

5) ε—οι in optativo ter non contrahuntur: φορέοιτε 1, 132 bis. θρυλέοιμι [1]) 2, 142 adhibita synizesi. At semel extat δινοῖτο 2, 31 ubi vereor ne δίνοιτο scribendum atque a dorico δίνω (cf. Ahr. diall. II. p. 339) repetendum sit.

---

1) Iniuria hunc versum viri docti temptaverunt. Rectissime legitur: χὤς κά τοι μὴ μακρὰ φίλα θρυλέοιμι Σελάνα.

§ 15.

de ο cum sequenti vocali.

Vocales οα, οε, οο, οω apud Dores aut non coalescunt, quae ratio potissimum doridis antiquioris est aut contrahuntur: et quidem οα et οω ut volgo in ω, οε et οο apud eos qui severiore utebantur dorismo in ω, qui mitiore, in ου diphthongum. cf. Ahr. diall, II. p. 194. p. 201 sqq. Apud Theocritum modo formae solutae modo contractae leguntur. Sed videamus singula.

1) ο—α coalescunt semel in comparativo ἀμείνω 4, 9. contra soluta extant 11, 77 καλλίον' et χερείονα 2, 15. cf. Ahr. diall. II. p. 239. Praeterea legitur βῶς = βόας 8, 48; sed βόας 1, 120 ante caesuram bucolicam. Denique πρᾶν 2, 115. 3, 28. 3, 32 (πρίν k.). 5, 81 (πρίν m.). 5, 132. 6, 35 (πρίν p.). 7, 51 (πᾶν m.). 10, 16 (πρίν m. p. k.) quod e πρόᾱν (πρώαν cf. § 10) contractum est. de πρώαν. πρόαν cf. § 4. a. fin. ubi exempla congessi.

2) ο—ε semper coalescunt in coniugatione verborum: πληροῖ 5, 86. 8, 87. ζαλοῖ [1]) 6, 27 quae Atticorum secuntur rationem a doride, ut videtur, severiore alienam (cf. Ahr. II. p. 206 et 310) quamquam in tanta exemplorum paucitate de toto dorismo iudicium non licet facere.

Bene autem Ahrens 10, 48 ὑπνῶν (ὕπνος a. e. m. ὕπνον volg. ap. Ziegl.) qui versus sic scribendus est: Σῖτον ἀλοιῶντας φεύγειν τὸ μεσαμβρινὸν ὑπνῶν.

Non coalescunt ο—ε in vocibus syllaba οεις terminatis. κροκόεντι 1, 31. ῥοδόεντα 7, 63. ἱμερόεντα 7, 118. φυκιοέσσας 11, 14. Quare recte se habet τυρόεντα [2]) 1, 58 adhibita synizesi. — In composito κακοεργός 15, 47 et in plurali

1) Cf. στεφανοῖ in tit. Cnidio nr. 49 v. 14. ἀνιεροῖ in titt. Cnidiis nr. 81. nr. 82 (ap. Newton l. c.) qui pertinent ad aetatem Romanam: quam formam doridi mitiori vindicaverim.

2) Tuentur hanc lectionem omnes libri, scholia, Hesychius τυρόεντα. πλακοῦντα. Est autem panis maximam partem caseo con-

vocis *βοῦς* (cf. Ahr. diall. II. p. 240) ut *βόες* 4, 1. 4, 26 ante caesuram bucolicam. 1, 74. 8, 48. 8, 80 metro iubente.

Contra omnibus Graecis commune erat *χλωρός* (quamquam etiam *χλοερός* invenitur): *χλωροῖσιν* 7, 9. *χλωρᾶς* 11, 13. *χλωρόν* 14, 69. *χλωραί* 15, 119.

3) *ο—ο* coalescunt in *ω* vocalem in declinationis II genetivo singulari. Librorum condicio est haec:

ου : *ω*

libri meliores vel omnes.

15 : 70

liber k.

25 : 87

(5, 47 in k videbatur pr. *αι* corr. in *ω*. Ziegl. 11, 37 *ῳ*.)

liber p.

27 : 83

(1, 123 -*ων*. 5, 47 -*αι*. 8, 20 om. *τῶ*. 14, 33 -*ων*).

liber m (vel e ubi m deest.)

30 : 81

(1, 92 *ω* aut *ου* in e. Ziegl. 10, 13 *ω* superscr. *ου* in m. 15, 36 -*ὰν* in e.)

fluctuant libri meliores novies et vicies.

Non est dubium quin *ω* ubique restituendum sit. Adde quod 15, 142. *Πελασγῶ* (*πελασγοί* libri) optime Ahrens. emendavit. cf. Philolog. Vol. VII. p. 410.

Sed diphthongus *ου* ex *οο* nata legitur in III declinationis genetivo sing. velut *ἀοῦς* 11, 15. *Μελιξοῦς* 2, 146. *Μυρτοῦς* 7, 97. — Verborum contractorum unum extat exemplum 8, 46 *πληροῦσιν* (*πληροῦσι* k. *πλαρεῦντι* m. p.) e volgari lingua desumptum. Metro enim vetamur doricam restituere formam, quae litteram *ν* paragogicam nunquam assumit.

---

fectus (id quod testatur nomen *τυρόεις*), mixtus tamen, ut natura fert placentae, quibusdam aliis. quare *λευκοῖο γάλακτος* aptissime additur. Synizesis autem in voce *τυρόεντα* cum hoc uno loco apud Theocritum legatur, ideo non damnanda est.

Raro nomina in *οος* desinentia contrahuntur ut *μελανόχρως* 3, 35. *λιπαρόχρων* 2, 102 (—*χρουν* p. Med. Ald. Iunt. ap. Ziegl. et —*χρουν* p. s. Med. Ald. Iunt. ap. Ahr.). *νῶν* 11, 74 (*νῶν* m. k. *νοῦν* volg. ap. Ziegl. et *νῶν* k. 9. D. M. Q., *νοῦν* volg. ap. Ahr.) quare rectissime Ahrens *νῶν* 14, 21 (*νῶν* p. ap. Ziegl. et *νῶν* p. D[b]. M. *νοῦν* k. p. s. v. 6. 23. D. L. volg. ap. Ahr.) et 14, 57 (*νοῦν* libri ap. Ziegl. et *νῶν* k. *νοῦν* ap. Ahr.) restituit; neque minus 1, 128 *μελίπνων* (—*πνουν* libri) scribendum est. Metrum ubique contractionem postulat. — Sed multo saepius voces in *οος* non coalescunt. cf. Ahr. diall. II. p. 194. p. 207. ita habes: *νόον* 1, 37. 7, 39. 7, 30. *ῥόον* 1, 68. 1, 140. *πλόος* 7, 52. *πλόον* 7, 61. *εὔπλοος* 7, 62 (Schaefer. *εὔπλοον* libri). [*λιπαρόχροε* 2, 165 (—*χροα* m.)] *δύσσοος* 3, 24. (*δύσσοα* 4, 45). *ἐπάκοος* 8, 25. (*ἐπακουὸς* k.). *οἰνοχόον* 15, 124. (*ἀθρόαι* 15, 132): quae omnia ante caesuram bucolicam leguntur praeter 7, 61. 15, 124. 15, 132 ubi metrum formas tuetur solutas.

4) *ο—ω* coalescunt in *ω* ut *ζαλῶ* 3, 50.

Solitaria contractionis ratio a doride ut videtur aliena conspicitur in accusativo plurali *ὄις* = *ὄιας* 9, 17. Sed 8, 45 *ὄις* pro nominativo plurali accipiamus non necesse est. cf. Fritzsch. h. l. Quare contra libros non erat *οἶς* scribendum.

Contractionis ratione apud Theocritum examinata nunc liceat quae disputando indagavimus lege comprehendere:

I.

Omnes Dorienses ubi inter se consentiunt poeta quoque eorum sequitur rationem. id quod cadit in voces:

a) in quibus *α* cum sequenti vocali concurrit exceptis *Λυκαονίδαο*. *Ἀίδαο*. *ἠράσσαο* a doride ut videtur alienis atque *ἐρᾶται*. *ἐρᾷ*. *ἐρᾶσαι*. *ἔα* quae num doridi tribuenda sint in medio reliqui. Praeterea quater formae leguntur epicae

κυλοιδιόωντες etc., bis non contractae aeolice terminatae γελάοισα.

b) in quibus ε cum α concurrit. Plerumque vocales ubi Doribus licuit non concretas, contra ubi Dores volgo solebant contrahere raro formas legimus antiquiores. ita octies φράσθη etc., ter τάκεαι etc.

II.

Ubi vero Dores inter se differunt, poeta modo mitiorem secutus est doridem modo severiorem:

a) mitiorem videlicet ubi ε cum sequenti vocali (praeter α) concurrit. Id vero animadvertendum est Theocritum maxime conspirare cum dialecto Siculorum eorumque Doriensium, qui insulas ad Asiae oram sitas Ionibus vicini habitabant. Rarissime formae a doride ferme alienae leguntur veluti ἄλγεες. φιλέεις. φιλέει. Denique θέοισαν. ἔοισα. παρεοῖσαν aeolice terminata.

b) Severiorem ubi ο cum sequenti vocali concurrit praeter πληροῖ. ζαλοῖ et ἀοῦς. Μέλιξοῦς. Μυρτοῦς dorismo mitiori propria. Denique πληροῦσιν legitur a doride alienum.

Caput VI.

de crasi.

§ 16.

Dorienses omnino craseos amantes fuerunt. Quam plerumque admittunt, si articulus aut καὶ coniunctio cum sequenti vocali vel diphthongo concurrit. cf. Ahr. diall. II. p. 220 sq. Apud Theocritum vero permulta id genus ad Dorum normam contracta leguntur. Atque articuli coalescentis haec habes exempla: τἀκριβέα 15, 81. τἀλαθέα 3, 31. τἄλσεα 5, 32 = τὰ ἀκριβέα etc. τὠστία 4. 16 = τὰ ὀστία. τὠμπέχονον 15, 21. 15, 39. 15, 71. τὤροτρον 10, 31 (τἄρο-

τρον k. [1]) = τὸ ἀμπέχονον etc. τὤντρῳ 11, 44 (ἐν τ' ἄντρῳ e. corr. m.) = τῷ ἄντρῳ. ὤδωνις 3, 47 (ὤδωνις k. Call. ἄδωνις e. p.) = ὁ Ἄδωνις. ὠπόλλων 5, 82 (ὦ' πόλλων m. ὦ' πόλλων p. Iunt. Call. ὦ ἀπόλλων k.) = ὁ Ἀπόλλων. ὤρατος 7, 98 (ὤρατος s. ὤρατος Iunt. Call. ὦ ἄρατος (ὦ a. sec.) a. ἄρατος m. p. k.) = ὁ Ἄρατος. ὠργεῖος 14, 12 (e. p. ἀ a. pr., ὡ a. sec. k.) = ὁ Ἀργεῖος. ὤνθρωπος 15, 83 (ὤνθρωπος m. Iunt. ὤνθ— Call. ἀνθ— p. k.). ὠρχαῖος 11, 8 (k. ὠρχαῖος m. volg. ἀρχαῖος p.). ὤστοργος 2, 112 (ὤστ— m. volg. ὤστ— p. ὤστ— k.). ὠφρόντιστος 10, 20 (ὠφρ— m. p. ὠφρ— k.). = ὁ ἄνθρωπος etc. ὤρνες 8, 70 (ὤρνες p. k. ὤρνες volg. ὦρνες m. Iunt.) = οἱ ἄρνες. ὤλαφος 1, 135 (ἔλαφος e. ὤλαφος p. k.). ὦξ 1, 65 (p. ὦξ e. k. Call. ἒξ Ald. Iunt.). ὤριφος 5, 24 (ὤριφος k. ὤρ— e. p. Iunt. Call.). 5, 30 (ὤρ— e. k. ὤρ— p. Iunt. Call.) = ὁ ἔλαφος etc. secundum doridem severiorem. cf. § 15. ὤτερος 7, 36. 8, 91. θὤτερον 11, 32 (θ' ὤτερον m. k. Iunt. Call. θάτερον p.) de quibus dixi § 11. fin. Accedunt: ὡὐτός 11, 34 (ὡὐτὸς Antt. αὑτὸς a. e. οὗτος m. k. οὕτως p.) = ὁ αὐτός, quamquam verius fortasse οὗτος Ahrens. edidit. τωὐλίον 11, 12 Ahrens. τ' ὤυλιον m. τωλυίον a. e., prior a. sec. τὤυλίον. ταὐλίον k. Iunt. ταὔλιον volg.). = τὸ αὐλίον. ᾡπόλος 1, 87 (ᾡπόλος k. ὠπ— e. p. Call. Ὠπ— Iunt. Ὡιπόλος Ahrens.). = ὁ αἰπόλος. ᾡπόλοι 1, 80 (ὠπόλοι e. ᾡπ— p. ὠπ— k. Call.) = οἱ αἰπόλοι. τὠὐβούλοιο 2, 66 (m. Call. volg. τῶυβ— k. τῶν β— Med. τῶνβ— Ald. τὼ ὐβ— Iunt. ἅτὤυβ— e. τῶβ— p.) = τῶ Εὐβούλοιο [2]). Sed τὤντρω 8, 72 (τῶ ἄντρω volg. τοῦ ἄντρου e. τὤντρω p.) incertum est. Bene autem editores scripserunt τἀτρακτυλλίδες 4, 52 (Annotator Vimariensis. ταὶ ἀτρ— volg. ἀτρ— p. k. Brunck. ἀτρακτυλίδες ut e antea). = ταὶ ἀτρακτυλλίδες.

---

1) Librorum tantum optimorum lectionem adhibui haustam ex editione Ziegleriana II.

2) Falso Kuehner. gram. gr. ed. II. p. 178 hoc ex τοῦ Εὐβ— contractum esse (cf. § 15, 3) dicit.

Semel pronomen relativum cum sequenti voce per crasin copulatur: ὡγώ 2, 54 (ὦγὦ m. ὅγω p. ῾ὥγὼ Call. et sic. a. pr., ὣγὼ a. sec. k.) = ὃ ἐγώ.

Voculae καί cum vocali simplici coalescentis permulta extant exempla: χἀ 4, 28. 5, 34. 5, 126. 7, 67. 8, 16. 8, 77. 9, 7. 9, 8 = καὶ ἁ. κἄλλαν 14, 35. κἀμφιστειλαμένα 2, 74 (καὶ ἀμφ— m. p.). κἀνυπόδητος 14, 6. χἀλκυόνες 7, 57. χἀμῖν 5, 106. 14, 27. κἀντιγένης 7, 4 = καὶ Ἀντιγένης. De κἂν 14, 49 et κῆν 7, 106. 8, 39 alio loco dicetur. Praeterea: κἠγώ 5, 96. 5, 122. 7, 50. 7, 63. 8, 21 (κἀγώ p.). 9, 15 (καὶ ἐγώ k.). 5, 142 (κἠνγὼν p.). 7, 91. 11, 79. 14, 12. 14, 55. κἠγών 9, 8. 11, 71 (καγὼν k.). = καὶ ἐγώ etc. κἠμέ 4, 4. 5, 90. 7, 37. 7, 92 et recte 2, 159 quode cf. § 14, 3. Incertius est κἠμέ 8, 72 (κἄμ libri) e coniectura Valckenarii. κἠμ' 4, 9. κἠμαυτόν 11, 39. = καὶ ἐμέ etc. κἤδωκ' 4, 36 = καὶ ἔδωκ'. κἠκ 8, 92 (κἠκ m. k. κἀκ volg.). 11, 35 = καὶ ἐκ. κἠξ 1, 136 (κἀξ e.) = καὶ ἐξ. κἠν 1, 103 (duo Veneti. κεἰν volg.). 15, 86 = καὶ ἐν. κἠπεί 2, 100. κἤπειτα 15, 74. = καὶ ἐπεί etc. κἤφα 1, 82 = καὶ ἔφα. κἠξαπίνας 2, 25 = καὶ ἐξαπίνας. κἠφᾶπτ' 14, 23 (e verissima Hermanni emendatione. libri in syllaba κἠφ— consentiunt.) = καὶ ἐφᾶπτ'. κᾤχετ' 4, 10 = καὶ ᾤχετ' [1]). χὠ 1, 100 (καὶ ὁ p.). 1, 140. 3, 43. 4, 20. 4, 37. 4, 43. 7, 90. 7, 132. 8, 8. 8, 44. 8, 48. 8, 77. 9, 8. 14, 4. 14, 30. 15, 126 = καὶ ὁ. χὤ 1, 138. 6, 43. 7, 130 = καὶ ὅ. χὤταν 7, 53. χὤτι 14, 52. = καὶ ὅταν, καὶ ὅτι. χὠς 2, 24. 2, 30. 2, 82. 2, 142 (ὡς k.). 7, 74 = καὶ ὡς. Semel χὑμές 5, 111 (᾿χὔμες k. χὔμμες p. ᾿κὔμμες volg.). Id. 15, 17 autem κἦνθε (= καὶ ἦνθε) immerito a Fritzschio contra libros editum est.

Sed vocula καί ubi cum diphthongo sequenti concurrit nulla fit secundum libros contractio: κοὐ 6, 22. κοὔδε 2, 25 (καὶ οὐδὲ k.). κοὐδέν 5, 77. κοὔπω 7, 10. κοὔτε 2, 83. 2,

---

1) Non recte Kuehner. gram. gr. p. 178: καὶ + οι = κῳ: κῴχετο Theocr. 4, 30 (erravit in numero. debebat scribere 4, 10). cf. v. 6 id 4: ᾤχετο Μίλων.

144. κοὖτι 1, 62. χοὖτος 10, 45. χοὖτω 2, 94 (χ᾽ὤτω m. χὤτω Comm.). κεὖ 4, 31 (e. p. k. κηὖ volg.). κεἶπε 1, 97 (e. k. κῆπε volg. κῆφα p.). κεἶπέ μοι 2, 149 (κεἶπέ k. κεἶπε p. κῆπε volg.). κεἴφ᾽ 2, 101 (k. η volg.). κεί 14, 50 = καὶ εἰ. κεἴτε 2, 150 (m. k. κῆτε volg.). κεἰς 15. 74 (κῆς? k.). 15, 136. 15, 147. χοἰ 8, 28 (χ᾽οἱ p. k. Antt. volg. χ᾽ὡ m. χῷ Comm.). 8, 29 (χ᾽οἱ m. p. k. Antt. volg. χῷ Comm.). χοἰ 9, 4 (χ᾽ὡ Med. χῷ Comm.): quae omnia a volgari ratione non recedunt, a doride vero aliena videntur, quamquam ex tam paucis quae hodie extant exemplis certum statuere non audeo. Sed haud dubie 15, 75 κὠκτίρμονος (κοἰκτ— libri) in qua forma omnes Graeci consentiunt scribendum est. Bene autem se habent καἴκα 3, 27 (e. p. k. κῆκα volg.) = καὶ αἴκα. χαἱ 8, 44. 8, 46. 8, 48. καὐτά 15, 57 doridi congruentia.

Nonnunquam etiam duplicem crasin legimus eo natam, quod articulo coalescenti cum vocali sequenti insuper vocula καί miscetur secundum leges contractionis: χὠνήρ 15, 148 (χ᾽ὡνήρ m.) = καὶ ὁ ἀνήρ. χὤδωνις 1, 109 (χ᾽ὤδωνις p. k. Iunt. χ᾽ὡ ἄδωνις e.) = καὶ ὁ Ἄδωνις. χὠκ 1, 72 (χ᾽ὡκ Iunt. χ᾽ῷκ p. χ᾽ὡἐκ κ. χ᾽ὡ sine κ. e. ᾽χὠκ Call. χ᾽ὠκ volg.) = καὶ ὁ ἐκ. χὠμός 15, 18 = καὶ ὁ ἐμός. χὠρίων 7, 54 (χ᾽ὡρίων m. p. k. Antt. κ᾽ Ὠρίων Mor.) = καὶ ὁ Ὠρίων.

Praeterea ὦ interiectio haud raro per crasin cum vocativo coniungitur: ὠγαθέ 1, 62 (p. ὦ᾽γαθέ e. k. volg.). 1, 78 (ὦ᾽γαθὲ e. p. k. volg.). 5, 17 (ὠγαθὲ e. ὦ᾽γαθὲ p. k. volg.). Sed 5, 68 fortasse praestat cum optimo libro k et scholiis ὦ φίλε scribere pro eo quod nonnulli (inter quos m. p.) tenent: ὠγαθέ (ὦ᾽γαθὲ libri). ὠγάθ᾽ 14, 8 (e. k. ὦ᾽γαθ᾽ p.) ὦναξ 1, 128. (᾽ὦναξ videbatur mihi habere k. ᾽ὤναξ Call. ap. Ziegl.). ὤνθρωπε 4, 62. 5, 16. 15, 71 (ὦ᾽νθρωπε m. ὦ᾽᾽νθρωπε Call.). ὦλεύθερε 5, 8 (ὦ᾽λ— p. k. volg.). ὠπιμελητά 10, 54 (ὦ᾽πιμ— m. p. k. volg.). ᾤζυρέ 10, 1 (ὦ᾽ζυρὲ k. Iunt. ὦ᾽ζυρὲ p. ὤζυρὲ (ω corr. ex οι) m. ὀΐζυρὲ e. Med. Ald. Call.) = ὦ οἰζυρέ.

Leguntur denique μὴ ᾽ποθάνω 3, 27 pro quo Graefius et Briggsius optime δὴ ᾽ποθάνω coniecerunt, quod δηποθάνω scribendum est. μηπιτάμῃς 10, 55 (μή τί τάμῃς k. μή

τοι τάμης p. μὴ 'πιτάμης volg. μὴ πιτάμης Ald.) ut scribendum videtur. ἠκράτιστον 1, 51 ita enim cum codice p edendum erat; ceteri ἢ ἀκρ— exhibent. cf. Ahrensium de crasi et aphaeresi p. 28. Allenum de dialecto Locrensium p. 238 l. c.

Sed quam saepe poeta crasin admiserit quo melius perspicias hanc tabulam propono:

1) articulus crasin patitur	30	ὁ	15
		τό	6
		τά	4
		οἱ	2
		τῶ	1
		τῷ	1
		ταί	1
2) pron. relat. ὅ	1		
3) καί	103		
4) καί et ὁ cum voce seq. . . .	5		
5) ὦ	11		
6) δή	1		
7) μή	1		
8) ἤ	1		
	153.		

Caput VII.

de diaeresi.

§ 17.

Diaeresis uti linguae antiquissimae propria, ita a Doriensium dialecto antiquiore veterum formarum tenacissima non aliena est. cf. Ahr. diall. II. p. 191 sqq. Nam illa ubi admittitur, plerumque consona olim inter vocales quae postea in diphthongum coalescunt intercedebat [1]). Cuius rei haud

---

1) Ahrens. diall. I. p. 104 (itemque Kuehner. gram. gr. p. 192) duo diaereseos genera discernit: »primum vocales, inquit, antiquitus

pauca apud Theocritum extant exempla, quorum pleraque etiam apud Homerum leguntur. Ita habes:

ὄϊς (= ὄιας) 9, 17. ὄϊς 10, 4. 11, 24 metro flagitante. ὄϊν 1, 11 ante caesuram bucolicam. praeterea ὄϊς 8, 45. ὄϊες 8, 67 in primo hexametri pede. ὀΐεσσι 5, 130. ὀΐων 6, 10. ὄϊες 11, 12 in altero pede. ὀΐων 8, 9 in tertio pede: quae omnia et libri tuentur et plerumque apud Homerum inveniuntur qui raro formas habet concretas. cf. Spitzner. ad. Il. p. 198. Quin etiam apud Xenophontem talia reperiuntur. cf. Kuehner. ad Xen. Comment. 2, 7, 13. ad Anab. 2, 2, 1. Est enim ὄις = ὄϝις. cf. lat. ovis. cf. Curt. l. c. p. 363 sq. Sed bis tantum οἶν 5, 99 (ὄιν e. p. k.) et οἰός 2, 2 metrum concreta postulat.

ἐϋπλοκάμω 2, 46 (cf. Odyss. 5, 125) et ἐΰσκιον 7, 8 (cf. ἐΰσκοπον Od. 1, 38 similia) metro poscente. est enim ἐΰ = ἐσ — υ. cf. Curt. l. c. p. 351. Sed metrum postulat εὖ 4, 31. 4, 62. 5, 117. 7, 7. εὔπλοον 7, 62. εὐγνώμων 14, 61. Contra nunquam diaeresin patiuntur εὔβοτον 5, 24. εὐδαίμων 15, 71. εὔκριθον 7, 34. εὔεργον 10, 43 etc. cf. Thiersch. gram. Homericae § 120. Denique εὖ 10, 39 (ὡς εὖ τὰν ἰδέαν etc.) in primo hexametri pede ante unam consonam recte legitur. cf. Thiersch. l. c.

λευκοΐων 7, 64 (λευκιόων p.) = λευκόϝίων (τὸ ϝίον) cf. Curt. l. c. p. 362 in qua voce vocales οϊ nunquam apud Graecos coaluerunt.

---

separatas lingua recentior in diphthongum coniunxit; deinde quae ab origine diphthongi erant postea in singulas vocales dissolvuntur.« Hoc parum recte. Nam vocabulorum quae diaeresin patiuntur maximam partem non diphthongum ab origine, sed duas tenuisse vocales consona olim seiunctas, linguarum comparatione aperte edocemur. veluti πάϊς et δαΐς (exempla ab Ahrensio prolata) haud dubie orta sunt ex vetustioribus παϝ-ι(δ)-ς et δαϝ-ι(δ)-ς. cf. Curtium elem. etym. gr. p. 270 et 217. Neque ab illis quae diversum habent explicatum vocabula diphthongum antiquitus tenuerunt velut ἀΰω (quode infra dicetur) similia. Quare de ceteris etiam quorum origo nondum satis perspecta est vel in obscuro latet licet coniecturam facere diaeresin diphthongo antiquiorem esse.

ἀΐοισα 6, 26 in paenultimo hexametri pede. *εἰσαΐων* 7, 88 metro non flagitante. Sed diaeresin semper in hac voce tenet Homerus neque minus qui soluta orátione scripserunt. Rarissime *ᾄειν* velut *ἐπᾴειν* Eurip. Herc. fur. 773. est enim *ἀΐω* = *ἀϝίω*. cf. Curt. l. c. p. 360.

ἄϋσαν 8, 28. *ἀνάϋσαν* 4, 37 metro poscente. itemque apud Homerum qui *αὔω* tantum in praesenti et imperfecto concretum habet. Est enim *ἀΰω* ortum ex *ἄϝ-ω* a stirpe *αϝ* (cf. Curt. l. c. p. 360 sq.) digamma in *υ* vocalem mutato.

ἁδέϊ 1, 27 in pede paenultimo. itemque apud Homerum. est enim *ἁδέϊ* = *ἁδέϝι* sicut *ἁδεῖα* ortum est ex *ἁδεϝ-ια*.

βαΰσδει 6, 10 (*βαύδει*? k.) metro flagitante; quae vox poetica ad quam stirpem revocanda sit nescio. cf. *βαυβάω* et exclamationem *βαβαί*.

Ἀΐδαν 4, 27 in primo hexametri pede. *Ἀΐδαν* 1, 63. *Ἀΐδα* 1, 103. *Ἀΐδαο* 2, 160 in altero pede. Metrum diaeresin non postulat; libri meliores nusquam volgare *ᾅδαν* etc. praebent, quae forma aeque a carminibus Homericis aliena est. Quare 1, 130 *Ἄϊδος* (*ἀΐδαν* e. p. s. k. *ἅδαν* Ald. Call. *ᾅδαν* Med. Mor. *ἄϊδος* ut a sec. s. Iunt. ap. Ziegl. et *ἀΐδας* E. ap. Ahr.) cum Valckenario, quem multi secuti sunt, scribendum est, quae vox ante caesuram legitur bucolicam. cf. etiam Ahr. in Philol. VII. p. 421. Neque id. 2, 33 *ἐν Ἅιδᾳ* ferri potest pro quo Taylorus et Ahrensius optime *ἀναιδῇ* restituerunt. de libris manu scriptis cf. Ziegl. et Ahr. Ceterum cf. Ahr. Philol. l. c. Est autem *Ἀΐδας* = *Ἀ-ϝίδα-ς* a stirpe *ϝιδ*. cf. Curt. l. c. p. 226.

λάϊνον 7, 149 metro flagitante. itemque semper apud Homerum. Est autem *λάϊνος* = *λάϝ-ινος* a stirpe *λαϝ*. cf. Curt. l. c. p. 505.

ἀϊόνος 11, 14. *ἀϊόνι* 15, 133 metro iubente. itemque semper apud Homerum. Origo huius vocis mihi incognita est.

ῥάϊστα 11, 7 (*ῥᾶστα* m.) metro poscente. (cf. Odyss. 4, 565 *ῥηΐστη*). sed *ῥᾴδιον* 11, 4. *ῥᾷον* 11, 81 metrum tuetur. Stirps huius vocis est *ῥα* cui terminatio *ιδιος* accessit.

Leguntur denique *ξεινήϊον* 7, 129 (cf. Iliad. 11, 20 et

saepius). *Νηρηΐσι* 7, 59 (cf. *Νηρηΐδες* Ilias. 18, 38, 49, 52). *Πελοπηϊάδαι*[1]) 15, 142 quae a doride antiquiore non aliena erant et apud Cretenses paullo diutius vigebant. cf. Ahr. diall. II. p. 192.

At haec non solum sed etiam cetera diaereseos exempla Theocritum e lingua poetica et praecipue Homerica hausisse consentaneum est. Poetae enim nostri aetate dialectus dorica in plerisque saltem vocibus diaeresin respuebat. cf. Ahrens. l. c.

1) De quibus cf. Curtium in studiis grammaticis II. p. 187 et ibidem Angermannum I. p. 50.

Vita Scriptoris.

Natus sum a. d. VIII. Id. Ian. a. h. s. L Bonnae matre Ludovica Theodoro patre. fidem profiteor veterem catholicam. litterarum elementis imbutus gymnasium adii Bonnense Schopeni tum florens auspiciis, nunc Kleini. Deinde civibus academicis almae matris Fridericiae Guilelmiae Rhenanae adscriptus per novem semestria virorum doctorum Bergk, Buecheler, Heimsoeth, Hiller, Iahn, Klein, Knoodt, J. Bona Meyer, Ritter, Schaefer, de Sybel, Usener scholas frequentavi. in seminarium ut reciperer philologorum, cuius per bis senos menses sodalis fui ordinarius, singulari Buecheleri Heimsoethi Useneri benevolentia factum est. praeterea exercitationibus ut interessem epigraphicis metricis philologicis insigni mihi contigit comitate Buecheleri, Heimsoethi, Kleini. Quibus viris omnibus optime de me meritis quantas habeam gratias non verbis sed facto velim ostendere posse.

Sententiae controversae.

I.

Theocrit. id. 13, 74 scribendum est:

οὕνεκεν ἠρήμωσε τριακοντάζυγον Ἀργώ.

II.

Theocrit. 18, 8 scribendum est:

ἄειδον δ' ἄρα πᾶσαι ἐς ἓν μέλος ἐγκροτέοισαι
ποσσὶν ἐριγδούποις, ὑπὸ δ' ἴαχε δῶμ' ὑμεναίῳ.
cf. Homer. Il. 11, 152.

III.

Theocrit. 17, 120 scribendum est:

νέρθεν γᾶς (vel *γᾷ*) *κέκρυπται* etc. cf. Homer. Od. 11, 302.

IV.

Theocrit. 17, 10 sic interpungendum est:

παπταίνει, παρεόντος ἄδην πόθεν ἄρξεται ἔργον.

V.

Catull. LXV. v. 8 scribendum est:

Troia Rhoeteo quem subter litore tellus
Ereptum nostris obtegit ex oculis.

VI.

Sub nomine Ioannis Grammatici qui feruntur tractatus I et II de dialecto dorica, Gregorii Corinthii de dial. dor. paragraphi 111—174, Meermanniani Leidensis Vaticani grammaticorum de dial. dor. excerpta (a Schaefero post Gregor. Cor. edita) ex uno eodemque fonte Ioannis Grammatici *περὶ δωρίδος* libro fluxerunt.

VII.

Callimachus in hymnis doricis maiore dialecti licentia usus est quam Theocritus.

VIII.

„Quis hoc potest videre, quis potest pati“ velle nobis Batavos persuadere apud Iuvenalem XV, 16 teratōlogus et apud Propertium III, 6, 7 vīdens legendum esse. cf. Mnemosyne. nova series vol. I. P. IV. p. 412 et p. 429.

IX.

G. Curtii grammatica graeca omnium dignissima est quae tironibus linguae graecae discendae causa tradatur.